V. 17.

PROTOCOL„
LUM
Diversarum Literarum
in quatuor partes divisum
inchoatum
Sub R.P. Nepomuceno Vesseli
Conventus Cibinienſis Guardiano
Aº 1761.

BIBLIOTECA
Fw. 97

PROTOCOL

LITERÆ Pontificiæ & Episcopales &c.

NOS FRANCISCUS, DEI GRATIA S.R.I. PRINCEPS, ARCHI-EPISCOPUS STRIGONIENSIS, E COMITIBUS BARKÓCZY DE SZALA, perpetuus in Palocz, Legatus Natus, Primas Regni Hungariæ, Summus & Secretarius cancellarius, Comitatûs strigoniensis Supremus, ac perpetuus Comes, utriusque Sacræ Cæsareæ, et Regio-Apostolicæ Majestatis actualis intimus, & excelsi consilii Locumtenentialis Regii Consiliarij, Excelsæ item Tabulæ Septemviralis Co-Judex &c.

Universo Diœcesis Nostræ Strigoniensis Clero sæculari, & Regulari, salutem in Domino Sempiternam, & Paternam Benedictionem.

AMplissimi gregis nostri saluti assidua cura, et sollicitudine inhærenti, studia nostra omnia irrita fore profitemur, nisi ab eo viarum Domini ignorantiam, errorum, vitiorum, superstitionis, deside quæ facuedam Mater, pro virili arceamus, neque subamus, apertiorem esse aliam dissoluto, aut corruptæ disciplinæ Christianæ causam, quam quod cœlestis sapientiæ studia passim neglecta, plerique homines, vel ea tantùm, quo terrena sunt, quove ad præsentis vitæ commoditatem, oblectationemque pertinent, magno labore condiscere nitantur, vel si qua etiam futuræ vitæ in tuto collocandæ eos interdum cura subeat, finis ejus media, et impedimenta non ex sui fontibus petant. Cum enim sicuti bona illa, quæ DEUS præparavit diligentibus se, nec oculus vidit, nec auris audivit, sed Unigenitus, qui est in sinu Patris ipse enarravit, ita etiam eorum obtinendorum ratio, à sola Divina voluntate, nobis multifariam, multisque modis olim per Prophetas Spiritu Divino afflatos, novissimè autem per Filium manifestata observantiâ, et adimpletione perdocuit; sed tamen, proh dolor! nimis communi errore, ubi neglecto Verbi Divini, Scripturæ et Traditionis fœdo, tota ea mysteriorum à sæculo absconditorum cognitio, et vitæ in

in tantam sper agité insipiendo rabiem, ultra sitorianum illecebrarum Cupidine impiè religatus, aut per stolidam ambitionem, fortis etiam per iram mentem cum verbo, Christum cum Belial conciliandi discrimen, ex solis inbecillo mentis humanæ placitis, quo utique naturæ ab adolescentia in malum pronæ, plerumque consentiunt, repetatur.

Nolumus hic in medium adducere eos, qui aut Divinæ Christianæ Religionis mysteria, et dogmata apertâ in pietate adoptionem referentia aut ipsum Christianæ verbo, cultuque externo mentiti, pestilentis doctrinæ virus sub variis sensuum gratiis involuceris, eò periculosius, quò tectius spargunt, satis damni in Disciplinam Christianam ab ipsis Domesticis fidei, quorum nobis cura debet esse principalis, per id inferri experimur, quod licet multos eorum Zelum Regni DEI sincerum habere non ambiganus, hortamur, quò illi exercendo ingenium, studia, ad fines propositos pacem vel nihil conferre videamus.

Lex enim Domini immaculata, convertens animas, testimonium Domini fidele, sapientiam præstans parvulis, Oculi verò prophetæ admodum communis usus est, ut Divinarum Scripturarum studia hominibus ad fabulas, et inanes verborum pugnas converso, vate de negligentibus, omnemque regulæ normam ex iis, quæ non ex ipsa Christi scientia, seu potius ex hominum hujusmodi ingeniorum privato sensu statuantur, explicentur.

Fit eo neglecto, ut arcta salutis via, ad corrupta naturæ appetitus, quibus intellectus roseo sibi velut subsidio facilè confundi, periculosè relaxetur, moles sub quavis cubito pulvilli supponantur, si quid autem ex verbo DEI et Ecclesiæ Patribus, qui tanquam Filii DEI ejus Spiritu agebantur, tam laxo sensui opponatur, contineò vel solius Consilii rationem habere, vel solùm Concionatoriè dictum esse vel Patres privatos Ecclesiæ Patres, legis communis condendo Authoritate destitutos fuisse reputetur, verbis interdum sanctiam sensui servire aptis, quod tamen ex conditione respondentium raro adimpleatur, judicio quæ amborum recta purgari possint: Quorum in dubium sit etiam consilium, quo constat esse verè Divina, cujusvis hominis sententia, in rectam arcta, accipiri, et æterna, præferenda esse, Patres verò, ipsius Ecclesiæ voce Fidelibus pro Magistris, et in exemplum propositos, etiam in Concionibus, non se sed JESUM Christum, et hunc Crucifixum, ejusque legem Divinissimam prædicâsse, vehementiâ dicendi, plenumque eò majus urgendis necessitatis argumentum gerente, quò illa fuit acrior.

Atque propterea cavit Oecumenica Tridentina Synodus, ut nemo sua prudentia innixus, in rebus Fidei, et morum, ad Ædificationem Doctrinæ Christianæ pertinentium, sacram Scripturam ad suos sensus contorquens contra unanimem consensum Patrum ipsam Scripturam sacram interpretari deat.

Magis

Magis sentimus, quàm explicare possimus, quanta damna in Ecclesiam Dei, morésq; Fidelium inexercitij Divinæ Scripturæ, Patrumq; Doctrinæ neglectus. Hoc certè æstimari possunt, quòd cùm fides sit ex auditu, auditus autem per verbum Christi, neglecto verbo Christi, aptaq; illud explanandi, frangendi, communicandi, et urgendi ratione, Patrum scriptis propriâ, necesse fuerit admodum nec dandi, et urgendi ratione, Patrum scriptis propriâ, necesse fuerit admodum obscurari, perq; extinguifidem, exque, velut ex suis efficientis radice, justo vivendum est.

Omnium vitæ Divinæ fructuum semen est Verbum Dei. Sicut ergo nullus Artium mirator, quòd ex spinis uvæ, ex folio tritici non legatur nata rudi ipsi prorsus conforme est, ut apud eos, aut nullos admodum agros fructus metatur, ita quando loco sacri Divini meram adinventionem nostram, sementem et libros, et voce ex Cathedris, lectionibus, assertionibus, aut scriptis, profunda mentis dissertationum opinionum, et figmenta substituimus, ut ipsa Dei verba, quæ sola utilia nos docent, a quibus manus, pedes, oculi, quem Spiritus Sanctus intendit, nos attentos, totam mentis aciem ad ejus nutus regendos, et corrigendos, et confirmandos convertimus, perinde ac si facerent, qui ex illo Divino: omnes capilli capitis vestri numerati sunt, toto studio numerum capillorum inire conterendi, fiducia verò, quam in Deo Parente Omnipotente, et Potenti sibi nos collocare debemus, quo id effectum foret, suadendo, et excitandos curam nullam fuisse jecerent.

Ut loco laborioso, sed inutili, id genus scientiæ, fidelis populus nobis creditus, necessaria, et utilia, salubri media discat, primum quidem omnes et singulos Diœcesis nostræ Sacerdotes, a quorum ore populus pendet, quique privatim, vel publicè in templo, vel in Schola, fidei, morumq; præcepta explicant, amore fructuum in editorumq; suorum salutis exire in Domino hortamur, et monemus, et admissis cisternis dissipatis, quæ continere non valent aquas, quæ fidelium Divinarum Scripturarum fonti assidue et reverenter assideant, in lege Domini meditentur ac roche, ex ea fidei, morumq; præcepta hauriant, illius verò rectè intelligendo, ad eam ad docendum, quàm ad movendum aptè explicando modum ex Concilio, et Sanctorum Ecclesiæ Patrum scriptis, in quorum lectione exercitatissimos esse quàm diligentissimos condiscere, et imitatione exprimere adlaborent.

Quoniam verò ex una parte tollimus sacræ Scripturæ argumentum, et Objectum est Christus Deus et homo, qui est via, veritas, et vita, ex altera verò parte, ex mente D. Chrysostomi, primus discendæ fidei eos formandos litera, quam altissimus ejus sensus, et Spiritus cognatus: Ut de studio sacræ Scripturæ per Cleri nostri frequentando securiores simus, de Authoritate Nostra Ordinaria præsente Decreto statuimus, et mandamus, ut omnes Clerici, qui in Seminario Diœcesis Nostræ ad curam animarum subinde obeundam præparantur, hi quidem, qui Philosophiæ studeant, intra biennium sacros Evangelium secundum Matthæum, ii verò, qui Theologiam audiunt, Evangelium secundum Joannem memoriter edidicant, illorum capita, aquo numero per suorum cursuum annos divisa, quotannis subinde festi feriarum

feriarũ Autumnalium è memoria recitare, subpœnis arbitrio nostro dictandis
teneantur. In ecclesiis hãc seruabimus, quòd postquam Diuini huius eloquij etiam
scribendi, qui vivificat, didicerint, prompta fam per habitum sentiamus, qui-
bus tam pro vitæ usu, quàm pro sacrorũ publicare, et priuata rem
institutionum adjumento, fidem Diuinã tueantur, et firment, mores
corrigendos reformare, et erendent.

Nè tamen è sacra id genus penu, eloquia Domini, super aurum, et topazion
æstimanda ad res ludicras petinde promantur, et prodigiosissimo margarito, quod
DEUS vetat, ante porcos projiciantur, risui, conculcationi exponantur, monemus,
ut attenta Majestate dictantis, mysteriorum magna sub verbis latentium gravitate, et
sanctimonia, seriò quidem animum suum omnes habeant, non minoris sacri-
legii reos esse verbi Diuini, quam rerum sacrarum, et ad DEI cultum ordina-
tarum profanatores. Quorsùm id etiam expendant gravissimi Tridentini Synodi
Decretũ, in hæc verba sess. 4. promulgatum: » Postremò temeritatem illam,
» reprimere volens, qua ad profana quæque conuertuntur, et torquentur verba
» et Sententiæ S. Scripturæ, ad scurrilia, fabulosa, vana, adulationes,
» detractiones, divinationes, sortes, libellos etiam famosos, mandat, et præ-
» cipit, ad tollendam hujusmodi irreverentiam, et contemptum, nè de cætero
» quisquam quomodolibet verba Scripturæ sacræ ad hæc, et similia trahat,
» ufugare, ut omnes hujus generis homines, temeratores, et violatores
» verbi DEI, juris, et arbitrii pœnis per Episcopos coerceantur.

Ex Statuto verò hoc, quem non parvum Ecclesiæ DEI, animarumque
gubernium exspectamus, cura Religiosorum Ordinum in adjutorium
sollicitudinis Nostræ vocatorum Superiores erigè hortamur, ut idem
sacrum memoriæ perfuncti eâdem ratione à suis Clericis, qui Theologiæ,
et Philosophiæ studeant, exigant, parque Divinorum eloquiorum stu-
dium ab iis posçant.

Et sacræ huic supellectili augendæ, et orationis fervori excitando, non
parum feriet, si protegerentur tam sæculares, quàm Regulares Clerici, et Sacer-
dotes, horis Canonicis persolvendis adstricti, Psalmorum, quos longiore usu
fere memoriæ mandarunt, intellectum comparare studuerint, quare eos omnes
hortamur, et Paternè monemus, ut selectos pios, et doctos, qui hujus ar-
tis finem succinctos Commentarios scripserunt, in quibus non postremi sunt
Bossuet, et Thomassius, sedulò evolvant, sibique familiares reddant.

Cùm tamen necessaria et utilia Christianæ disciplinæ capita per uni-
versum sacrum Codicem sparsa, aegrè dignoscere, et in usũ fidelis populi col-
ligere, non cujusvis sit vel ingenii, vel otii, in subsidium Doctrinæ Christia-
næ uniformitati, ac citra cujusvis erroris periculum fideli populo tra-
dendæ, pro Diœcesi nostra adoptamus Catechismum Romanũ, quem ex Decreto
Generalis Concilii magnâ virorum doctrina, et pietate conflatum
curâ

curâ, ac diligentia, jussu verò S. Pii V. editum, cùm jam antea multò Dioeceses Catholicæ magno cum fructu fuerint secutæ, tum novissimè ubique præcipiendum curavit, modò fidelis, regnans SS. Dominus Noster Clemens Papa XIII. Epistolâ Encyclicâ ad Patriarchas, Primates, Archi-Episcopos, et Episcopos, ac universos Ecclesiæ Catholicæ rectores data magopere commendavit, cujus Epistolæ exemplum Tyrnaviensi Catechismi editioni præfixum est.

NB. Sequimur SS. Patris mentis, et nostri officii, et debitos pastoralis studii, quæ libentissimè, universum hujus Dioecesis Nostræ Clerum sæcularem, et regularem, qui quacunque ratione doctrinam Christianam in Scholis, vel in templis, privatim, vel publicè explicandi officium gerit, non tantùm exhortamur, sed etiam authoritate nostra ordinaria, omni qua possumus, meliore ratione obligamus, ut eum Catechismum, qui ut facilius parabilis sit, nuperrimè typis Tyrnaviensibus recusus est, frequente lectione sibi quàm familiarissimum reddere, et in Institutionibus fidelis populi quàm proximè sequi conentur, ac teneantur.

Quotam in Decreto Nostro ad consecutiones Scholasticas respicientes, quod adversus Scholarum innovatores dissentientium placita, per subtile ratiocinium ex aliquibus ejusdem Catechismi verbis inferri posset. Quem has Scholas ex differentias, licèt sobriè, parcè, et semper salvâ charitate tractari velimus, in quantum tamen à Sancta Matre Ecclesia definita non sunt, liberos cholo Magistrorum sensui relinquamus, igitur mens nostra eò duntaxat tendit, ut quæ ex communi disciplina Christianæ fidelibus credenda, agenda, vitanda, optanda, sperandæ, et salutariter petenda sunt, quæ item ad necessariam, et fructuosam Sacramentorum notitiam, usumque pertinent, Magistri doctrinæ Christianæ ex hoc Catechismo petant, tanquam ex judice materiarum, quæ à viris gravioribus studio ac meditatione condiscendæ, et ad captum ac mores fidelis populi quàm sapientissimè explicandæ ad instar panis frangendi, mansicandi, et inculcandi sunt.

NB. Nihilominus ut Catechismi hujus studium Clero nostro commendatius reddamus, non solùm Examinatores nostros, professos et alteros, qui Sacerdotum capacitatem procurandarum, et pro ejus approbatione ad audiendas Confessiones explorabunt, obligamus, ut nulli suffragium suum addicant, nisi ad quæstiones ex Catechismo hoc propositas prompte, et expeditè respondenti, sed etiam authoritate Nostra Ordinaria decernimus, et edicimus, ut omnes sæculares et regulares, qui deinceps professum trium mensium in Dioecesi nostra per nos, vel Suffraganeos Nostros, seu alibi cum nostris, aut generalis Nostri Vicarii dimissoriis ordine quoviam initiandi sunt, ante hujusmodi ordinis susceptionem, seu dimissorialium expeditionem, ultra ea, quæ ad naturam, dispositionem, effectus, officia suscipiendi ordinis pertinent, etiam ex hoc Catechismo tentamen subeant, ita quidem, ut illi, qui ad primam tonsuram, et quatuor minores ordines promoveri sunt, ejusdem Catechismi partem primam de fide, et

Symbolo

Symbolo fidei, qui ad Subdiaconatum partem secundam de Sacramentis, qui ad Diaconatum partem tertiam de Decalogo, Divinisque legibus, qui ad Presbyteratum, Catechismi probationem, et partem quartam de Oratione, ejusq; imprimis necessitate scire teneantur, neq; secus ad Ordines admittantur.

Sed quia in Catechismo isto multa tanquam in nuce clausa sunt, quæ, nisi fracta, et ab eadem explicata in pectillæ Juventuti proponantur, parum in ea Celestis hujus auditus gaudij omnes Sæculares et Regulares Clericorum Professores, et Magistros, eos præsertim, qui Sacram Theologiam Juniori Clero explanant, atque sub, discipulorum suorum, et animarum, quibus hi subinde deservient, salutis amorem, impense hortamur, ut quæ stiones Catechismi hujus sibi sedulo per quam notissimas, memoresque in quamlibet Juventutis Sacerdotalis institutionem sibi creditam habeant, ubicunq; per decursum prælectionum suarum idoneus locus occurrerit: occurrebat autem sibi propositum nostris, et amantibus frequentissimus: prodigiosas ejusdem Catechismi materias, quarum usum in officijs vitæ Christianæ viderit esse maximum, ea perspicacia dicendique energia inculcent, ut Juvenes per gratiam DEI, e tenebris lucem, eoque igne inflammati, quem ipsi postea in fidelem populum spargere tenebuntur. „ DEUS, qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxerit in cordibus vestris, ad illuminationem scientiæ Claritatis DEI, in facie Christi Jesu. Ut ambuletis digne DEO per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, et crescentes in scientia DEI. „

Datum Posonij in Curia Nostra Archi-Episcopali, die Vigesima Secunda, Mensis Januarij, Anno Domini Millesimo, Septingentesimo Sexagesimo Secundo.

FRANCISCUS. m. p.

L. S.

Ad Benignum suæ Celsitudinis Mandatum

Georgius Richvaldszky Prælatus Domesticus. m. p.

Copia

Literarum Excellmi Epiſcopi Tranſiæ, B. Joſephi de Baſtai ad Adm: R. P. Miniſtrum Provincialem Auguſtinum Raskai in de Anno 1762. datarium.

Placuit Auguſtiſſimæ Principi pro ardenti ſuo reſpias, eſſacras Regiæ Protectionis munimine tutandi ſtudio, noviſſime jubere Imperio, ut ſeries quarumvis piarum Fundationum, legatorum, Beneficiorum, Emolumentorumq3, cujuscunq3 demum ſint illa generis, ſive pecuniaria, ſive naturalia, quæ in comodum, et utilitatem, tam Conventuum, et Reſidentiarum in hac Tranſylvania Sacri Ordinis ipſorum Provincia, quàm etiam adminiſtratorum, ſeu Capellanorum, quàm Fiſchalium, tam aulicorum conſueverunt tribui, aut tributa ſunt, tribuenturq3 de facto, ſive illa per Benefactores libera ipſorum diſpoſitione, aut munificentia, ſive per Syndicos, vel alios quosvis adminiſtrentur, aut procurentur, per me ad Regium ſuum Thronum ſubmittatur. Juvem verò plenam horum, exactamque cognoſcere notitiam non alicunde, quàm ex Latere Vra Adm. Reda queam, eandem officioſè como reo, velit omnia ſingulorum locorum legata, fundationes, Bona, Reditus, Eleemoſynas, Proventus, Fundos, grata, agros, omnia denique Beneficia, et emolumenta, quæ uſui, ſuſtentationiq3 ipſorum ſubſervirunt; quidquid demum ſit de illorum Dominio, aut poſſeſſionis jure, vel hujus perennitate; huic Tabellæ iſthic inclusæ, ea, quam Apoſtolico Principi debet, fidei integritate inſcribere, atque ad me, quo fieri poterit citius expedire, neq3 exiſtimet ex hoc rebus ſuis quidquam deceſſurum, quin ſe erga potius Regio iis protectionis munimen acceſſurum. Quibus de cætero expedita inter officia mareo

Adm. Reverenda Latitis Vra

Servus Paratiſſimus.
B. Jos. Anton. Baſtai
Epus Tranſylvaniæ.

Copia

Excellentissimi Episcopi Transylvaniæ ad Admodum Pium Patrem Ministrum Provincialem Augustinum Lapzain, de Anno 1763. 9br.

Josephus Antonius S.R.I. Bajtay, Dei Gratiâ Episcopus Transylvaniensis, Insignis Collegiatæ Ecclesiæ Posoniensis ad S. Martinum Præpositus, Sacrarum Cæsarum, et Apostolico-Regiæ Majestatum Status, & Excelsi Regii in Transylvania Gubernii Consiliarius Actualis Intimus.

Dilecte Nobis in Christo Honorabilis, salutem à Deo sempiternam.

Inter præcipua Militantis Ecclesiæ decora præcipuè semper locò habita est mira illa varietas, quâ diversas Gentes, Linguas, & Nationes sub diversis externis Signis eâdem Fides et Charitas in eandem Spiritualem Unionem conjungit, ac sub diverso licèt Ritu Externo Idem, eòdemq; ab omnibus modò adoratur Deus in Spiritu et veritate; concors hæc varietas quantò majori est Ecclesiæ Catholicæ ornamento, quantòq; majori studio quam alibi, tum in hac Provincia eam conservare summi Christianitatis Pontifices adlaboraverunt, et adlaborant hodiéque; tantò majori nos cum dolore intelleximus, quosdam Pastorali curæ nostræ concreditos discretò zelò destitutos animarum Curatores eò processisse audaciæ, ut Homines quosdam Græca Unioni addictos ad Ritum Suum mutandum, nostrumq; amplectendum hortari, allicere; imò etiam unum, alterumve /: de quibus nobis hactenùs constat :/ persvadere, ac recipere non dubitarint. Quod quidem eorum factum quemadmodùm Summorum Pontificum Constitutionibus, repetitisque Sacræ Congregationis de Propaganda Fide, Decretis contrarium fuit, ita Nobis qui Sacrorum Canonum Custodes Sumus, quique nihil magìs in votis habemus, quàm ut Græca unio in hac Provincia perditorum quorundam Hominum scelere nonnihil vitiata pristino decori restituatur, non potuit non vehementer displicere. Ut igitur abusus hic in principio statim suo suffocetur, atque è tota hac Diœcesi nostra penitùs exterminetur, præsenti Decretò, ac Constitutione Nostra omnibus, et singulis Districtuum nostrorum Archi, et Vice Archidiaconis, Ecclesiarum Parochialium Rectoribus, eorumq; vices gerentibus, Capellanis et administris, necnon Missionariis tam Sæcularibus, quàm Regularibus cunctis; item Sacerdotibus curam animarum quoquò modò exercentibus sub Jurisdictione Nostra Spirituali existentibus auctoritate Nostra ordinaria firmiter præcipientes Committimus, ac sub pœna Suspensionis ipso facto incurrendæ, arbitriò Nostrò in Contravenientes ferendâ, severè Interdicimus, nè ullus quorumq;

titulo, vel causa, aut motivo, etiam Spirituali, quemcunq; Græci Ritûs Unitum, à Ritu suo avocare, atque ad Romanum amplectendum, verbo, aut facto, minis, promissis, aut pollicitationibus quibusvis suadere, aut allicere præsumat. Nec hæc tamen nequaquam Interdicimus, nè si quos fortè invenerint legitimis suis Pastoribus, pabuloque Spirituali destitutos, eos in Fide, et moribus Christianis, instituant, necessitatemq; eorum ita exigente Sacramentis Mortuorum, Baptismo, inquam et Pœnitentia eis succurrant, at id absque Ritus eorum mutatione, nec aliter ullo modo. Tui proinde erit Officii hanc Nostram voluntatem, Constitutionem, et Inhibitionem, in illo Districtu Clero quum Sæculari, tum Regulari, solemniter publicare, ejusque observantiam verbis gravissimis inculcare; Contravenientes verò ex Officio tuo ad Nos sine mora deferre. Datum Cibinii in solita Nostra Residentia Die Secunda Julii Octobris, Anno Dni Millesimo Septingentesimo Sexagesimo-tertio.

Ad Gratiosum Suæ Cæsareæ Regiæ Apostolicæ Majestatis
Andreas Sig. Cherendai
Cancellarius.

Decretum

Fratrum Minorum Observantium, Reformatorum Ordinis Sancti Francisci

Ex audientia Sanctissimi Die 17ma Septembris 1765.

Ad humillimas preces Fratris Francisci Antonii à Feltria Vice-Procuratoris Generalis Minor. Observ. Reform. Ordinis Sancti Francisci Sanctissimus Dominus noster Clemens Papa XIII omnibus utriusque Sexus Christi Fidelibus vere pœnitentibus, Confessis, ac Sacra Communione refectis, qui aliquam Ecclesiam prædicti Ordinis Die 27 Novembris, in qua Omnium Sanctorum Ejusdem Ordinis Festum celebratur, à primis Vesperis usque ad occasum Solis Diei hujusmodi, singulis Annis devotè visitaverint, ibique juxta mentem Sanctitatis Suæ piè oraverint, Indulgentiam Plenariam benignè concessit, voluitq; Sanctitas Sua hanc Gratiam perpetuis futuris temporibus vim valituram absque ulla Brevis expeditione. Datum Romæ ex Secretaria Sacræ Congregationis Indulgentiarum, Die, et Anno præfatis. Audientiæ.

M. Cardinalis Antonellus.

L. S.

S. Borgia, Sacræ Congr. Indulgentiarum Secretarius
Concordat de verbo ad verbum cum suo Originali,
Testorq; ego F. Desiderius à Bononia Secr. Curiæ,
Romæ 28va 7bris 1765.

Instrumentum Transactionis initæ de Aº 1745 inter Reformatos ex una, & Conventuales ex altera parte.

Nos Joannes Kastal Abbas B.V. Mariæ de Salomon Capituli Cathedralis Ecclesiæ Carolino Albensis Præpositus major, & Canonicus Excellentissimi, Illustrissimi, & Reverendissimi Domini, Dñi &c. Episcopi Transylvaniæ Sakra Regiæ, Hungariæ, Boemiæq; Majestatis Status, & Ordinis Regii Gubernii in Transylvania Consiliarii actualis intimi &c. Physicus, & Cæsarum Auditor Generalis. Memoriæ Commendamus tenore præsentium significantes, quibus expedit universis. Quod Postquam Superioribus evolutis temporibus RR. ac Religiosi Patres Ordinis Min. S. Francisci Reformatorum Provinciæ Transylvanicæ tit. S. Regis Stephani, ut actores, contra, & adversus RR. ac Religiosos Patres Ord. Min. S. Francisci Conventualium Provinciæ S. Elizabeth, vel ut Patres R.C. Occasione, & prætextu præcedentiæ, ac ingressus RR. PP. Conventualium ad oppidum Maros Vásárhely Coram Nobis – actionem Judiciariam Movissent, instituissentq; Processum, in cuius pro, & Contra Satis superque, imò multum Libellariter, quam & Allegative egissent Causa eadem à sola definitivæ Sententiæ Prolatione Dependeret. Ex tunc erga Paternam, eamq; Salutarem adhortationem Nostram eodem Partes, ad optatam almæ Pacis & Concordiæ devenerunt unionem, Modalitate sequenti, & quidem in hæc Verba: Transactio inter Provinciam S. Regis Stephani, Ord. Minor. S. P. Francisci Regularis Observantiæ Reformatorum, & S. Elisabet Ord. Minor. S. P. V. Francisci Conventualium ad minuendas ab utraq; Parte Litigantium Venerabili in Transylvania Supremo Consistorio, pluriman jam Causatas, ultra Condignam Litigantium Recognitionem, ad tollenda etiam, si quæ hactenus Nata, vel imposterum forte Nascitura essent Scandala, fovendam Charitatem, ac Pacem inter utramq; Seraphici S. P. N. Familiam motu proprio, de Sinceræ animi Contestatione, Fraterna et Charitate; Post quam RR. Patribus Ordinis Minor. S. P. Francisci Regularis Observantiæ Reformatoribus Claudiopoli super R. P. Ordinis Minor. Conventualium in aliis Publicis actibus, & Processionibus, Judiciali Compositione mediante præcedentia cessisset Transactione utramq; valde Proficuam, & in aliis Regnis Regulares inter Conservatam, Conformemq; Sacræ Episc., ac Regular. Congregationis Decisioni Sub Die 22. Junij Anni 1674. in hæc Verba: Declaravit, & Decrevit S: Sacra Congregatio: ne imposterum Prælatos Ordinum Propios suos Districtus ad quæstuandum egrediatur, sed intra Suos Limites se quisq; contineat, ut ab his quibus Servivunt Sustentari facilius possint, Nec non, ubi plures inveniunt Conventus, in eodem Districtu, inter eosdem ratio antiquitatis, ac fundationis rationabiliter habeat, Sicq; omnino observari mandavit: Invenerunt Sequentem RR. P. & Fratres Ordinis minor. S. P. Francisci Regul. Observantiæ Reformator: Sebastianus de Udo SS. Theologiæ Lector, Provinciæ S. Regis S. Secretarius utriusq; actualis, Raphael Balás Residentiæ Carolinensis protempore

Præsi-

Præsidens actualis, Antonius Trnka SS. Canonum Lector actualis, Plenipotentiarij Provinciæ S. Regis Stephani in Transilvania dicti ordinis, ex una Parte; Et A.R.P. Ordinis Minor. S.P. Francisci Conventualium Provinciæ S. Elisabet Minister Provincialis actualis Tobias Sarenczi, Item Custos d. Provinciæ actualis Nicolaus Bodo, & P. Marcellinus Jakaty ejusdem Provinciæ Act. LL. & Philosophiæ Lector actualis, Hi inquam, & singuli Nomine suo ac dictarum Provinciarum Stipulatis manibus, & quidem: primo Obligarunt Conscientiosè RR. PP. & Fratres ordinis Minor Conventualium ab omni quæstuatione seu mendicatione donatim directè, ac indirectè facienda abstinere omnino in iis Civitatibus, Oppidis, aut Pagis per Principatum Transylvaniæ ubi RR. PP. & Fratres ordinis Minorum Regularis Observantiæ Reformatorum Provinciæ S. Regis Stephani privativè quoad ipsos in est PP. Conventuales Conventus, & Residentias habent, hoc est ubi RR. PP. Reformati solummodo sunt, non sunt verò RR. PP. Conventuales. Ubi verò in aliqua Civitate, Oppido, vel Pago simul PP. Reformati, & Conventuales Conventum, aut Residentiam habent, tam his, quam illis in iisdem Civitatibus, Oppidis, aut Pagis, utriusq; mendicare licebit. Secundò Obligant RR. PP. Conventuales ab omni quæstuatione, seu mendicatione directè, vel indirectè faciendâ, abstinere in omnibus Comitatibus, Sedibus, Districtibus, Capitaneatibus, in quo, vel in quibus, privativè RR. PP. Reformati quoad Patres Conventuales, Conventum, aut Residentiam habent, non habent verò Conventum, aut Residentiam RR. PP. Conventuales. In quo verò Comitatu, Sede aut Capitaneatu Cumulativè hoc est, tam Patres Franciscani Reformati, quàm Conventuales, Conventum, aut Residentiam actu habent, utriq; æquo jure mendicare licebit.

Tertio Obligant vicevèrsa Conscientiosè RR. PP. Ordinis Minor Regularis Observantiæ Reformati ab omni quæstuatione, seu mendicatione directè, vel indirectè faciendâ abstinere in iis Civitatibus, Oppidis, & Pagis, Comitatibus Sedibus, Districtibus, Capitaneatibus in hoc Principatu Transilvaniæ ubi RR. PP. Conventuales privativè ad ipsos, aeta Conventum, & Residentiam formatam habent, ubi verò hi, quàm Patres Reformati Cumulativè sunt, utriq; æquo jure licebit. Excipitur hic Oppidum Thorda ubi Patres Conventuales de Conventu Claudiopolitano ductabat, & non aliundè quæstuare in solis nundinis, ac sola vindemiatione mendicare poterunt habita Consideratione: ut in ipso Comitatu alibi quam in Thorda quæstuari Patres Conventuales non possint, per præmissa Mihilominus aliis Juribus non derogatis, sed inter utriq; Partes Salva Constitant, Excepta ea Controversia quam RR. PP. Ordinis Minor. S.P.N. Francisci Reformatorum de illegali ingressu ad Maros-Vasarhely alias Sonis Siculorum in Judicium deduxerant. Nec non Salvatione prætensæ appellatione pendente, quæ omnia ex toto, & adæquatè remittimus, & indulgemus qualiter, & quatenus opus est. Ita in hanc Transactionem Consentimus nostra Scripti, ac Propriis Manibus Subscripsimus, Carolinæ die [illegible] 8. Septembris Anno Domini 1745. – Ita est P. Sebastianus Bodo Theologiæ Lector, & Provinciæ Secretarius, & Plenipotentiarius R.mi Ordinis Minor. S. Francisci Reformatorum Manu Propria. Frater Raphael Balas Residentiæ Carolinensis Regularis Observantiæ Reformatorum Præsidens Actualis & Plenipotentiarius Manu Propria = Frater Antonius Trnka Ordinis Minor. S. Patris Francisci Reformatorum Provinciæ Transilvaniæ SS. Canonum Lector actualis & Plenipotentiarius Manu Propria = Ita est Tobias Ferenczi Ordinis Minor. S.P. Francisci Conventualium Provinciæ S. Elisabeth per Hungariam & Transylvaniam M. Provincialis m.p.

Ita est

Ita est Frater Nicolaus Bodo Ordinis Min.s S.P. Francisci Conventualium Custodie Sce Trinitatis Custos Manu Propria.
Ita est Fr Marcellinus Takáts Ejusdem Provincie Plenipotentiarius Manu Propria.

Cum autem Perillustris Excellentissimus Dominus ordinarius ad adverterda jurgia ulteriora, & aperta forsdissensiones ultimas S.I. per premissas particulas, quatenus, & qualiter quo est expuncta, voluerit, tandem universe, & qualibet pretensionel, & litium Materie tractenus inter predeclaratas tam respectu precedentie, & Controversi ingressus ad Marosvisarhely, quam pretense falsationis inhibitu, vel aliunde qualitercunq; provenientes, v proveniri valentes, cum quibuslibet accessoriis, per omnia ad utriq; mortificate sunt, & in perpetuum annihilate. Ad quae premissa, Premissorumq; singula, sancte, & inviolabiliter observanda, & parte quidem RR. Reformatorum, Prefatus R.P. Sebastianus Bodo Plenipotentiarius q parte vero RR. PP. Conventualium A:R.P. Tobias Terenczi Minister Provincialis manibus Stipulatis sub gravi animadversione Episcopi Diocesani, aut. Vicarij Generalis secundum Concilij Trid. Exigentiam se se more Obstrinxerunt, & irrevocabiliter obligarunt. Unde nos Super Premissa Transactione, & accorda Coram Nobis inita & celebrata Presentes Literas Nostras Testimoniales sub Sigillo Prefati Officij Vicariatus usitato, & authentico, Mentionatis Partibus Juris futura pro Cautela necessaria extradandas esse dudimus, & concedendas Communi suadente Justitia, & aequitate. Datum Carolino die 8. Septembris Anno Domini 1745. & subscriptum erat a parte dicta Joannes Kastal Manu Propria Vicarius Generalis. — Paulo inferius in eadem Carte ad calcem ejusdem folij Joannes Lestyan Manu Propria jurat= Consistorial Notarius, tractq; Sigillo Authentico Officij Vicariatus usitato Super Cera &c.

Nos Joannes Kastal Abbas Beate Virginis Marie de Salomon Capituli Cathedralis Ecclesie Carolino Albensis in Transylvania Preposibus Major. & Canonicus, Vicarius, item Item, & Causar Auditor Generalis. Memorie Commendamus tenore Presentium Significantes, quibus expedit universis. Quod dum Anno 1745. die 8. Septembris ex una parte inter Fratres Minores Sancti Francisci Sancte Observantie Provincie S. Regis Stephani in Transylvania - & Fres ejusdem Ordinis Conventuales Provincie S. Elisabeth gravem Controversiam de precedentia inter se, & de ingressu ad quadam Loca extortam, lite prosecuti fuissent Coram Nobis descenderunt Partes utraq; ad Transactionem, camq; Scripto extribitam dum firmare vellent R.P. Sebastianus Bodo Provincie S. Regis Stephani Frum Minor. Strictae Observantie Plenipotentiarius exposuerat se non aliter consensurum in Transactionem, quam si Fres Minores Conventuales Prodicte Provincie approbitterent se nullatenus velle, aut pretendere executionem Conventus vel Residentie formate ullo tempore in oppido Udvarhely Sedis Siculicalis Ejusdem Nominis, quam Conditionem Postquam bene intellexissent ex parte Fratrum Minor. Conventualium - RR. PP. Tobias Terenczi tunc Minister Provincie S. Elisabeth, Nicolaus Bodo, Prefate Provincie Custos, & Marcellinus Takáts Ejusdem Provincie Filius & Philosophie Lector ingressum Minus tentare velle. Quibus ita peractis Stipulatis Manibus in Transactionem ambe Partes plene, & libere Consenserunt, Prout in dicto Instrumento cujus initium &c. Ad Minuendas. & finis: Ita in hanc Transactionem Consentimus

plenius

+

Plenius Continentur. Quia verò Prafata Conditio adjecta, & ac„
ceptata eo tunc, quibus demum Causis, Præ-Specificato Transa„
ctionis instrumento, inserta non fuerat humiliter Nobis Rev. P. Se„
bastianus Bodo Provinciæ Prafatæ Transylvanicæ institit, ut
futura pro Cautela ei hanc Seriem extraderemus. Nos aquitati
& officio Nostro satisfacere volentes Præsentibus fatemur, & fidem
facimus. Omnia ut præfertur, Carolinæ in Supremo Nostro Consistorio
Anno, & die ut supra Quisse peracta. In cujus rei fidem has manu
Nostra Subscriptas, & Sigillo Consueto munitas dedimus.

Carolinæ die 9na Mensis Julij Anno 1749.
Et Subscriptum erat à parte dextra Joannes Kastal Manu Propria.
Præpositus Major, & Vicarius Generalis=

(L.S.)

Antonius Szerdahij de Sz. Háromság S. Theologiæ Doctor, Proto
Notarius Apostolicus, Capituli Ecclesiæ Cathedralis Albensis in
Transylvania Præpositus Major Insulatus, Excellmi, Illmi, ac Rdis
simi Dmi Dñi Josephi Antonij L. Bd. Bajtalij, Dei Et Gratia
Epi Transmarini S. Sedis Apostolicæ Regiæ Mattum Aptus, &
Electi Regij Gubernij in Transylvania Consiliarij actualis Intimi &c.
in Spiritualibus Vicarius & Causarum Auditor Generalis.

Damus Pro Memoria Per Præsentes quibus Expedit universis, quod
quia Nos die 4ta Mensis Novembris Anno Labente infra scripto ad Re„
cognoscenda Causantibus Moderativa Judicia, una Cum Rdissimis Dñis Consistori
alibus Assessoribus, ac Notario, pro Tribunali Sacro Consedissemus, & tunc
Decretum, seu Definitivam Sententiam illam S. Congregationis Negotijs
Episcoporum ac Regularium Præpositæ, quam eadem Superiori Anno
Millesimo, Septingentesimo Sexagesimo Septimo die 28 Mensis Decembris
dixit Julitz, in Causa Transactionis, in quam Religiosi Patres Ordi
nis S. Francisci Conventualium Custodiæ Transmarinæ Cum Religiosis
Patribus Ordinis Minis S. Francisci Reformatis Provinciæ item Transmarinæ
Die 9na Xbris Anno 1748. Mutuo Consensu Coiverant, Quam„
vis Annis Subinde Subsequentibus dicti Patres Conventuales Judicii
alis Processus Vigore in dubium Coram hoc eodem Sacro Consistorio voca
verant tum latam ipsius Sententiam Ejusdem Transactionis Confirmatoriam
Appellationis beneficio Primùm ad Judicium Metropolitanum Jorien„
sem, tum ibi quoq; Confirmatam ad Curiam Romanam deduxerant.
Illam inquam Sententiam Definitivam utpote, quæ pro Publicatione,
& Executione debita Ex eadem S. Congregatione ad Excellmum, Illmum, ac
Rdissimum Dnum Dnum Episcopum & Prælatum Nostrum, Dnum Vlt.
Josephum Antonium L. Bd. Bajtalij, &c. Sit. fuerat directa, & ad
quam Exsarandam, Publicandamq; Sua Excellentia Rescripto suo
Viennæ die 29a Nuper Lapsi Mensis Xbris ad me Dato Potesta„
tem mihi Gratiosè fecerat, Coram Partibus ad eam audiendam rite
ac Legitimè Citatis Personaliter præsentibus, & adstantibus Videlt.
Pro parte Patrum Conventualium Rel. Patribus Joanne Sándor dicta
Custodiæ Transmarinæ Custode: Ladislao Peterffy Conventus Claudiopo„
litani Ejusd Guardiano: Fabiano Szegedi Residentiæ Ejusdem
Marchalyiensis Præsidente, ac Perpetuo Diffinitore: Berthol
do Pitem Pfeilman, Concionatore Cuyldiensi: Atq; Egregio

Samuely

Samuele Pápl Libera, Regiæ Civitatis Claudiopolitanæ Senatore, & eorundem Patrum prohoc actu Legitimè constituto Pro Curatore: Pro parte Rvd Patrum Reformatorum Relig. Patris Ignatio Andabatis Provinciæ eorum Framicæ Custode ac Pro hoc actu Legitimè constituto Plenipotentiario, & Medio Fratre Ejusdem Procuratore, ac Residentiæ hujusmodi Framicæ Præsidente, rite, & legitimè, ac in omni Juris forma valida Palam, ac intelligibiliter publicavimus, ac per Patres Conventuales omnino, ac per omnia effectui Mandandam esse duximus, enunciavimus, & injunximus. Cujus quidem Sententiæ Definitivæ tenor erat iste: In Causa Ordinis Reformatorum in Framia Præsentj Apertionis Oris, & Rescissionis Transactionis, Vertente, inter Patres Reformatos, Provinciæ S. Regis Stephani in Framia ex una, & Patres Conventuales Provinciæ S. Elisabeth ibidem Partibus ex altera Proposita fuerant infrascripta Dubia videlicet:

Primo An sit locus Apertionis oris adversus Breve San. Mem. Benedicti XIV. de Anno Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo quinto Confirmatorium Transactionis initæ inter Patres Franciscanos Reformatos & Patres Conventuales Provinciæ Framicæ & gelatenus affirmativè.

Secundò An Rescindenda, & annulanda sit ipsa Transactio, ita ut eidem sit facultas quæstuandi ubique in detta dicti Conventualibus à San. Mem. Urbano VIII. de Anno 1644. & confirmata à Laudato Benedicto sub annum 1754. in casu &c.

Sacra Congregatio Emor & Rmor Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Negotiis, & Consultationibus Episcoporum & Regularium Præposita, referente Eminentissimo de Rubeis Ponente; Partibus auditis hinc & maturè perpensa, ad supra dicta dubia Sequentem in Modum respondit: Negative quoad Utrumq', & amplius Causam hujusmodi non Proponi Mandavit. Romæ 18. 6bris 1764. C. A. Card. Havelthmi. S. A. Patrarum Secretarius.

Rescriptum verò, quo Eidem Decreto transcripta fuerat erat Tenoris Sequentis: Pro Perillustri ac Rdissimo Domine uti Frater = relatis in Sacra Congregatione Episcoporum & Regularium ab Eminentissimo de Rubeis Ponente ab hinc Partibus, prout in Causa Ordinis Reformatorum Provinciæ in Framia Præsentis Apertionis Oris, & Rescissionis Transactionis, vertente inter Patres Reformatos Provinciæ S. Stephani Regis in Framia ex una Et Patres Conventuales Provinciæ S. Elisabeth ibidem Partibus ex altera: Emi Patres sub die 17 xbris 1764. ad dubia proposita respondendum prout in Annexo Resolutionis Autentico Documento, quod jussu Eorundem Emor Patrum Amplitudini Tuæ transmittitur ut debitæ Executioni Mandetur. Quem interea Amplitudini tuæ gratia ex corde precamur à Deo Roma 20. Julij 1765. Amplitudinis Tuæ Studiosus uti Fr = C. A. Card. S. A. Patrarum Secretarius.

Quæ omnia, & singula ita Publicamus, Edicimus, Enunciamus, & injungimus, omni Meliori modo, via, forma, jure, ac ratione quibus Fortius, & Validius in Talibus solita Residentiæ Nostræ loco Vrdle Conventus Solito Actum, Stat. die 4a Mensis 7bris A. to Salutis 1765.

Antonius Szeredayi Framia C.S.

Lecta, Pronunciata, & Publicata est hæc Sententia Definitiva, præsentibus supra Partibus Anno Mense Die, Loco, & hora notatis, & Extradata per Josephum Béla Framia Notarium Conventualem

Sententia retroscripta Publicari demandata et per totam Diœcesim Albensem in Transylvania Sequenti Modo.

Reverendissimi, & Admodum Reᵈi Domini Districtuum Orcii Diacon.!

Retroscriptam Sententiam, una cum adscriptis Transacti„onis Punctis in Sacris suis Sedibus, primo quoq; Tempore Ce„lebrandis ritè Publicent, ac utriusq; Ordinis Religiosis – Serio Observandam, & Observanda injungant. Si qui verò ex Religiosis utrisque contrarium in eorum Districtibus facere attentaverint, talem de Nomine, & Persona, una cum Qe„rimonia ac fide digna facti Ejusdem Specie ad Episcopa„le istud Consistorium, absq; omni Partium Studio et Affectu denuncient, justámq; facti, temerariæq; Transgressionis pœ„nam laturum. Actum A. Carolina Die 4ta Mensis Novem„bris Anno 1768.

Antonius Szeredai m.p.

Benedictus Episcopus
Ad Romanum Pontificem

Ex matura super hoc Consultatione prahabita, ac Fratribus et Sororibus professis Tertij ordinis Sæcularis de Pœnitentia, Subjujugque ordinis regularis Sancti Francisci directione ac Regimine, tamin cujuslibet hujusmodi Ordinis Conventibus, sive alias collegialiter, quam etiam in domibus privatis seorsim viventibus Spirituale Solatium, ac favorem afferre cupientes motu proprio, et certa Scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, infra scriptas indulgentias, et peccatorum remissiones de novo duximus concedendas.

Omnibus igitur utriusque Sexus Christi Fidelibus, qui dictum Ordinem Sæcularem Sancti Francisci de Pœnitentia nuncupatum imposterum ingredientur, die primo eorum vel earum ingressus, si verè pœnitentes, et Confessi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, plenariam.

Nec non eadem prima, et pro tempore existentibus fratribus et sororibus verè pœnitentibus et Confessis, ac Sacra communione refectis, qui in festis Sancti Francisci Assisiensis Confessoris die 4 octobris et Sanctæ Clara Virginis nec non Sancti Titularis eorum Ecclesiæ, sive Fratrij, aut capellæ, et in die Dedicationis S. Mariæ Angelorum 2da Augusti ejusdem anni vespere seu neque ad occasum solis, suam Ecclesiam, vel oratorium, aut capellam hujusmodi devotè visitaverint, et ibi pro Rectorum Principum, concordia, hæresum extirpa„tione, et Sanctæ Matris Ecclesiæ Exaltatione pias ad Deum preces effuderint, singulis diebus, quibus id egerint etiam plenariam.

In quolibet vero mortis articulo si pariter verè pœnitentes, et confessi, ac Sacra Communione refecti vel quatenus id facere nequiverint, saltem contriti Sanctissimum Jesu Nomen devote invocaverint plenariam.

Similiter omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus et impertimur.

Item eidem Fratribus, et Sororibus, qui suam Ecclesiam, vel oratorium, vel capellam die, bus stationum in Missali Romano descripta devote visitaverint, et ut præfertur oraverint, ut eadem indulgentias consequantur quas præfatis diebus visitantes Ecclesias urbis, et extra eam consequuntur, perinde, ac si ipsas Urbis Ecclesias personaliter visitarent, concedimus pariter, et indulgemus.

Eisdem quoque vere pœnitentibus, et Confessis ac Sacra Communione refectis, in festis im, positionis Sacrorum Stigmatum eiusdem S. Francisci, nec non S. Ludovici Galliarum Regis, et Sanctæ Elizabeth Reginæ Portugallia, et S. Elisabeth Hungariæ Thuringiæ, ac nec non Sanctæ Margaritæ de cortona, atque in duodecim aliis annis festis, vel Dominicis Diebus per ipsosmet eligendis, ac à Superioribus Ordinis approbandis ut ipsos visitantibus, et ut præfertur orantibus, quo die præfatorum id egerint septem annos, et totidem quadragenas.

Quoties verò illisis et aliis divinis officijs in Ecclesia seu oratorio, vel capella hujusmodi pro tempore celebrandis, et recitandis seu Congregationibus privatis, vel privatis eiusdem Ter, tij Ordinis ubivis faciendis interfuerint, ac Cauperes Rosaria sustinuerint vel sacem, inter inimicos composuerint seu componi fecerint vel procuraverint, vel etiam qui corpora de, functorum tam fratrum, et sororum hujusmodi, quam aliorum ad Sepulturam associaverint aut quascunque Processiones de licentia Ordinarij facientes, Sanctissimumque Eucharistiæ Sacramentum, tam in processionibus quam cum ad infirmos, seu alias quocunque et quando cunque pro tempore deferretur, comitati fuerint, vel impediti, capsanas ad id deputatas semel orationem Dei et salutationem eandem pro tunc astantibus Sanctæ Mariæ Calcei sive pro animabus defunctorum Fratrum et Sororum hujusmodi recitaverint, aut devium aliquem ad viam salutis reduxerint, et ignorantes Præcepta Dei, et quæ ad salutem sunt docuerint, aut quodcunque aliud pietatis, vel charitatis opus exercuerint, toties pro quoli, bet præmissorum operum exercitio centum dies de injunctis, seu alias quomodolibet ipsis, hactenus in forma Ecclesiæ consueta relaxamus.

Cæterum omnes et singulas Indulgentias, et peccatorum remissiones Fratribus et Sororibus hujus Ordinis Sancti Francisci de pœnitentia, Sub directione et Regimine cujuslibet Ordinis Regu, laris eiusdem Sancti Francisci, tam in cujuslibet dicti Ordinis Conventibus, sive alias Eccle, siis, quam in domibus privatis Sororum viventibus, tam directè, et immediatè, quam pro, missè, et aquè principaliter, sive alio quocunque modo per communicationem, cum omnibus et singulis Ordinibus Regularibus mendicantium, et non mendicantium, tam vigore Privilegio, rum, et Literarum Apostolicarum, quam viva voce oraculo, aut alios quovis modo per quos, cunque Romanos Pontifices Prædecessores nostros, ac nos, et Apostolicam Sedem hactenus con, cessas, confirmatas, et approbatas, et innovatas prædictis motu, Scientia, Auctoritate et, tenore revocamus, cassamus, annullamus, et abrogamus et ad Præsentium nostrarum Lit, terarum præscriptum reducimus, et moderamur.

Confraternitati Chordigerorum

Concedunter indulgentiæ segnentes:

Imo: Die prima omni ingressus vere pœnitentibus, et Confessis, ac Sanctissimo Eucharistia Sacramento refectis plenaria

Ede: Prædictæ Confraternitatis Ecclesiam, seu Oratorium in festo Principali ejusdem Con, fraternitatis, à primis vesperis usque ad occasum Solis ejusdem festi singulis annis devotè visitantibus etc. etc. etiam plenaria

3tio: Ineffabilis articulo premissa Confessione, et Communione vel quatenus id facere negligent, saltem vitæ peccatibus nomen Jesu ore si possint sin minus corde devote invocantibus plenaria similiter omnium peccatorum suorum indulgentia et remissio.

4to Item Confratribus et Sororibus qui prædicta Confraternitatis Processioni singulis mensibus fieri solite interfuerint Trium annorum, et totidem quadragenar. Qui vero officio B. V. Mariæ ab ejusdem Confraternitatis Confratribus pro tempore celebrando, et recitando, aut cuivis alteri officio interfuerint centum dierum.

5to Insuper Sanctissimum Sacramentum, quando ad infirmos defertur comitantibus quinque annorum et totidem quadragenarum.

6to Confitentibus et Confessis ac S. Communione refectis, in festivitatibus S. Francisci, S. Antonii de Padua, S. Bonaventuræ, S. Ludovici Episcopi, S. Bernardini, ac S. Claræ et Elisabethæ, ac una visitantibus singulis annis aliquam ex Ecclesijs dictæ Confraternitatis, et orantibus ut præfertur septem annorum, et totidem quadragenarum.

7mo: Quoties Defunctorum comitantibus, aut alicui Lanperi persona subvenientibus, aut pacem inter inimicos componentibus toties centum dierum.

Josephus Antonius Liber Baro Bajtay Dei
Gratia Episcopus Transilvaniæ, Insignis Collegiatæ
Ecclesiæ Cosmiensis ad S. Martinum Præpositus, Archi-
Diaconus Cosmiensis, Sacratissimarum Cæsareæ
et Apostolico-Regiarum Majestatum status, et Excelsi Regij
in magno Principatu Transylvaniæ Gubernij Consiliarius
Actualis, Intimus.

Honorabilibus in Christo: Ecclesiæ nostræ Cathedralis Albensis
Transylvaniæ Capitulo, Archi-Diaconis item, Vice-Archi-Diaconis
Parochiarum Rectoribus, et Administratoribus, eorumque vices Gerenti-
bus tum Sæcularibus tum Regularibus in Diœcesi, ac ad nostræ
dictionem spirituali existentibus salutem in Domino et
Paternam benedictionem.

Militanti in terris Ecclesiæ Dei cœlesti nuper Providentia Supremus
Rector datus Clemens Papa 14tus cœlestium munerum Thesaurus
grauto amoris affectu reseraverit, et quam liberali in universum
orbem Catholicum manu erogare decreverit, dum ad implorandam
opem divinam pro salutari Sanctæ Ecclesiæ Regimine universale
Jubilæum indixit ex bulla, cujus sequitur elucet lucidenter.

Jubilæum universale
Ad implorandum Divinum auxilium initio Pontificatus
Pro salutari Sanctæ Ecclesiæ
Catholicæ Regimine.

Clemens XIV. Papa

Universis Christi fidelibus praesentes literas inspecturis Salutem et Apostolicam Benedictionem.

Inscrutabili Divinæ sapientiæ, atque bonitatis consilio ad hujusmodi Apostolatus fastigium nullo meritorum suffragio evecti, dum divina agnoscimus dona, simul et formidamus judicia: dubitamus enim mentis nostræ oculis creditum nimis serio contremere, totiesque oneris gravitas nos terreret, ac virium nostrarum infirmitatis conscientia conturbat, et crebra ex imo corde suspiria, ac uberes ex oculis lacrymas fundentes continuo remisimus, ita ut nisi ejus auxilium, qui nostris humeris tantum pondus imposuit nobis adfuturum consideremus, animo plane concideremus. Universorum igitur Christiani Orbis fidelium orem implorantes, ut concordibus votis, ac publicis ferventioribus precationibus, jejuniis ac eleemosynis, aliisque pietatis operibus divinam invocemus misericordiam, qua clementissimus Dominus confirmet, quod operatus est in nobis, replendo nos agnitione voluntatis suæ, effundendo super nos Spiritum Sapientiæ et intellectus, Spiritum Sapientiæ et pietatis, Spiritum Consilij et fortitudinis, ut inter tot rerum difficultates agnoscamus, quæ agenda sunt, cogitemque semper in Deum viventis, quæ recta sunt valenter perficiamus. Agemus magnum Patrem familias, ut vineam suam electam custodiat, quam plantavit, sumemque Populum perviam mandatorum ejus ambulantem gratiæ suæ donis in hac peregrinatione foveat, et ad propositum æternæ beatitudinis præmium feliciter perducat. Hæc autem ut ferventiori Spiritus ardore, majorique fructu peragantur, priscum Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum morem sequuti, Cœlestium munerum Thesauros, quorum dispensatio fidei nostræ commissa est pro felici nostri Pontificatus initio erogare decrevimus. Itaque de omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, ex illa ligandi atque solvendi potestate quam nobis Dominus, licet indignis contulit, universis et singulis utriusque sexus Christi fidelibus ubicumque degentibus, qui Ecclesias ab ordinariis locorum, vel eorum Vicariis, seu Officialibus, aut de eorum mandato, et ipsis deficientibus, ab ijs, qui ibi curam animarum exercent, postquam ad eorum notitiam hæ nostræ pervenerint designandas, vel Ecclesiarum hujusmodi aliquam spatio quindecim continuorum dierum, seu duarum hebdomadarum a publicatione designa-

designationis per Ordinarios, vel eorum Vicarios, seu Officiales, vel alios ut
præfertur, faciendæ decurrendarum Q: quæ hebdomadæ maxime cupimus, ut
in acceptabile quadragesimæ tempus his nostris literis maturè proveni-
entibus cedant: Q: saltem semel visitaverint, ubique per aliquod temporis spa-
tium Devote, ut supra, Deum oraverint, ac jejunia et sacta Jejij, ac Sabba-
thi alterius ex prædictis hebdomadis jejunaverint, et peccata sua confessi
Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in dominica immediatè subsequenti, vel alio
die infra eandem hebdomadam pro prima: pro secunda vero vice ex præ-
dictis hebdomadis, vel in ipsa secunda dominica, aut alio die hebdomadæ
hujusmodi reverenter sumpserint, ac pauperibus aliquam eleemosynam
prout unicuique suggereret devotio, erogaverint, plenissimam omnium
peccatorum suorum indulgentiam et remissionem, sicut in anno Jubilæi visitantibus
certas Ecclesias intra, et extra urbem concedi consueverit, tenore præsentium
concedimus, et elargimur. Navigantes vero, et iter agentes, ut; cum pri-
mum ad sua domicilia recepterint, suprascriptis peractis, et visitata
Ecclesia Cathedrali, vel Majori, aut Parochiali loci eorum domicilij, eandem
indulgentiam consequi possint et valeant. Regularibus vero Personis
utriusque sexus, etiam in Clausuris perpetuo degentibus, nec non alijs
quibuscunque Locis tam Laicis, quam Ecclesiasticis, etiam in carcere existen-
tibus, vel aliqua corporis Infirmitate, seu alio quocunque impedimento
detentis, quæ supra expressa, vel eorum aliqua præstare nequiverint, ut
illa Confessarius ex jam approbatis ante præsentium publicationem, seu appro-
bandis, eis in alia pietatis opera commutare, vel in aliud proximum tempus
prorogare possit, eaque injungere, quæ ipsi pœnitentes efficere poterunt,
pariter concedimus, et facultatem impertimur, insuper omnibus et singulis
Christi fidelibus utriusque sexus tam Laicis, quam Ecclesiasticis Sæcularibus
et Regularibus cujusvis Ordinis, Congregationis, et Instituti Licentiam con-
cedimus, et facultatem, ut sibi ad hunc effectum eligere possint, quemcunque
Presbiterum Confessarium, tam Sæcularem, quam cujusvis Ordinis, et Instituti
Regularem ex approbatis, ut præmittitur, qui eos ab Excommunicationis,
Suspensionis, et Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententijs censuris, et pœnis a jure
vel ab homine quavis occasione vel causa latis, seu inflictis, nec non ab
omnibus peccatis, excessibus, criminibus, et delictis quantumcunque gra-
vibus, et enormibus, etiam Locorum Ordinarijs, sive nobis, et Sedi Apost.
Solica, et alias per quascunque nostras, aut Romanorum Pontificum
Prædecessorum nostrorum constitutiones, quarum tenores habere volumus
pro expressis, quomodocunque observatis in foro Conscientiæ, et hac vice
tantum absolvere, et liberare valeat: et insuper vota quæcunque Reli-
gionis et castitatis exceptis, in alia pia et salutaria opera commutare.
Injuncta tamen eis, et eorum cuilibet in suprædictis omnibus casibus pœni-
tentia salutari, aliisque ejusdem Confessarij arbitrio injungendis, non autem
decernimus autem per præsentes, ut nemo in
publicatione Bullæ ungariam intendit, super aliqua irregularitate publica

vel occulta, nota, defectu, incapacitate, seu inhabilitate quoquomodo contracta dispen-
sare ac aliquam familiatem habere dispensandi seu habilitandi, et in pristinum
statum restituendi, etiam in foro conscientiæ: neque etiam eosdem præsentes ex
quo a nobis vel ab aliquo Prælato seu Judice Ecclesiastico excommunicati, suspensi,
interdicti fuerint, nisi intra ejusdem Jubilæi tempus satisfecerint, et cum Par-
tibus concorderint, illomodo suffragari posse aut debere, non obstantibus qui-
buscunque in contrarium facientibus; quibus omnibus, et singulis, etiamsi
de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua,
ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes
mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma
ad hoc servanda foret, illorum tenores pro sufficienter expressis ac formam
in eis tradtam pro servata habentes, hac vice specialiter, nominatim
et expresse ad effectum præmissorum derogamus, cæterisque contrariis qui-
buscunque. Itaque SS. Apostoli Petrus et Paulus, de quorum potestate, et
Auctoritate confidimus, ipsi intercedant pro vobis omnibus ad Dominum
Interim indulgentiam, absolutionem, et remissionem omnium peccatorum
vestrorum, spatium vero veræ fructuosæ pœnitentiæ, cor semper pœnitens,
et emendationem vitæ, gratiam et consolationem Spiritus Sti finalem
perseverantiam in bonis operibus tribuat vobis omnipotens, et mise-
ricors Dominus, de cujus Clementia, et misericordia vobis Apostoli,
cum nostram benedictionem peramanter impertimur.

Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exem-
plis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et Sigillo
Personæ, in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis ubique locorum et Gen-
tium eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus si
forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem
sub Annulo Piscatoris die 12 Decembris 1769 Pontificatus nostri Anno 5to

A. Card. Nigronus

Committimus proinde vobis, vestrumque singulis, ut simul ac præsentes nostræ
Patentes ad manus vestras pervenerint, confestim vobis primum Populum tam
in sacris dictionibus, quam in privatis colloquiis diligenter instruatis primum
de de Spirituali hujus Thesauri utilitate, et fine; de modo item adimplen-
darum conditionum, quibus incæstimabilis hic thesaurus adnexus est; tum
vero ad sinceram pœnitentiam, ad perfectam peccatorum confessionem, ve-
ramque emendationem vitæ excitetis, atque ita ad consequendas plenarias
Jubilæi indulgentias disponatis. Quem in finem vel dextris Populus una
voluntatum conversione, uno eodemque Spiritu Deum optimum compre-
catur. Jubilæum hoc in universa Diœcesi nostra uno pariter, eodemque
tempore, a Dominica videlicet in Albis usque ad Dominicam 3tiam post Pascha
inclusive, sicque casu autem Patentes has quantocyus vestrum tar-
dius reddderentur, in loco illis a prima post earumdem perceptionem
Dominica usque ad secundam Dominicam ab illa numerandam idem

Inclusive, inchoandum, terminandumque volumus; ita nimirum ut una constituti hujusmodi termini die Patentes hae Debite Populo publicentur, et hoc valvis Ecclesiarum affigantur. Ad praescripta proinde pietatis opera promovendis interea indulgentijs procedenda, Alba-Carolinae quidem Ecclesiam nostram Cathedralem, Ecclesias item Religiosorum Societatis, et Ordinis Sanctae Trinitatis de redemptione Captivorum designamus; alibi vero per Diaecesim nostram Parochiales Locorum ecclesias, aut harum vices obeuntes Regularium deputamus, ac praeterea in singulis eorum Diaecesis alias Ecclesias vel publicas Capellas, si adsint, si vero non adsint, etiam solas tantummodo illas, quas ordinarij Parochi, Parochiarumque Administratores in posse designare tenebuntur, Volumus tamen per hoc fideles ad proprias Ecclesias Parochiales ita adstringere, ut in alijs ad Jubilaeum designatis indulgentias consequi nequeant. Agite itaque Dilecti in Christo Fratres, et Filij! effundite corda vestra coram Deo in ferventissimas preces, ut Ipsum exoratus, Summo Pontifici, quem sua in terris Ecclesia Supremum Caput et Pastorem esse voluit, in eiusdem Sanctae Ecclesiae utilitatem, ac incrementum felix, faustumque tribuat Regimen, eumque ordina protectione gubernet. Datum e Castro nostro Alvinez die decima sexta mensis Martij anno Domini Millesimo Septingentesimo Septuagesimo

Josephus Antonius

L S

Praesentem copiam cum suo originali collatum in omnibus de verbo ad verbum conformem esse testor Albinj quarta mensis Aprilis 1771

ad gratiosum altae fidei suae Episcopalis & excellentiae mandatum Speciale

Ad Gratiosum altae fatae suae Episcopalis Excellentiae mandatum Speciale Michael Bürtö Cancellar.
Antonius Petraner SJ
Loci Sacerdos.

Josephus Antonius L. Baro Bajtai Dei Gratia Cis, Cop. Transylvaniensis Insignis Collegiatae Ecclesiae Posoniensis Ad S. Martinum Praepositus Archidiaconus Posoniensis Sacratissimarum Caesareae et Apostolicae Regiae Majestatum status, et excelsi Regij in Transylvania Gubernij Consiliarius actualis Intimus

Universo Diaecesis nostrae Clero quum Secularium tum Regularium Salutem in Domino, et Paternam Benedictionem.

Tametsi eae sint virium nostrarum imbecillitas, ut Teste Gentium Doctore non simus Sufficientes, negvidem cogitare aliquid ex nobis

quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo sit, si nihilominus cum eodem Apostolo liceat in infirmitatibus nostris gloriari, uberem quidem vobis Fratres & Filij in Xto dilecti! Gloriæ Laudisque nobis vero Gaudij, & exercitationis materiem offerunt Spirituales illi fructus, quos opitulante Divina gratia per Annum 1769 decursum in Vinea Domini Collegistis.

Quemadmodum enim ea, quæ a vobis ad nos perlata sunt perhibent, intra ejusdem Anni Spatium ultra Septingentos ex alienis Religionibus DEO per vos exhortante ad rectum salutis Tramitem, Catholicæ nitimurum Ecclesiæ gremium transiverunt.

Gratias proinde, quas possumus DEO: O: M: agamus, quia amplissimam hanc messem opera vestra in Ecclesiam intulit, atque ardentibus una precibus Eum exoremus, ut quemadmodum pro immensa bonitate sua omnes homines salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire, ita ad eam agnoscendam, amplectendamque religionem etiam corda Divini Spiritus sui virtute accendat.

Admoniam vero scopus vocationis vestræ est cooperari DEo in salutem animarum adhortamur vos illis Principis Apostolorum verbis, quibus suos ad Christianæ vitæ perfectionem excitabat: Fratres: niquit: magis satagite ut per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis, per Zelum videlicet quum Gloriæ Dei, tum salutis animarum promovendæ, per Verbi item Divini prædicationem, quæ inter muneris vestri partes primas tenent. Si namque Zelus hujusmodi prudentia, affabilitate, et mansuetudine temperetur, atque Divini verbi prædicationi jungatur, insignes in Sacro Sanctam Religionem fructus Divina Gratia dimanare solent.

In hunc porrò finem perpendite diligenter, nullum perhibente S. Gregorio Omnipotenti Deo tale esse Sacrificium, quale est Zelus animarum, Convenerette pariter mercedem, quam Deus per Danielem Prophetam Verbi Dei Præconibus, qui ejusmodi Zelo flagrant, pollicetur, Qui, ait, ad justitiam erudiverint multos fulgebunt quasi Stellæ in perpetuas æternitates.

Quemadmodum agitur superiori anno hoc Zelo incensi provehendæ animarum Salutis magno cum Religionis Catholicæ Incremento invenibus istis: ita animos assumite, atque omni studio cura et solicitudine præclare cepti per hujus etiam Anni defluxum Divina ope insistentes gaudium nostrum impletis.

Datum Alb: Carolinæ
In pallatio nostro Episcopali
Die 11 Mon: Aprilis Anno Dñi 1770

Josephus Antonius mpp
Epus

Ad gratiosum suæ Episcopalis
Excellentiæ mandatum
Michael Benkö Cancellarius
mpp

Decretum

Ordinis Minorum de Observantia S. Francisci

Porrectis per Reverendissimum Patrem Fr. Paschalem à Varisio Ministrum Generalem Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Sac. Rituum Congregationi humillimis precibus, Quatenus indulgere dignaretur, ut in Ecclesiis universi qui Ordinis celebrari possit singulis Sabbatis Missa de Diva Immaculata Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis; Sac. Congregatio ad relationem Eminentissimi & Reverendissimi Dni Cardinalis Torrigiani ponentis, & rationes rectitatum, non omissa tamen celebratione Missæ Conventualis cum Cantu de Officio occurrente, & exceptis Sabbatis Solemnioribus prima, & Secunda Classis Oratori benigne concessit Die 11 Augusti 1770

Loco ✠ Sigilli

J. L. Card. Chisius Præfectus

V. Macedonius S.R.C. Secretarius

Romæ MDCCLXX

Ex Typographia Reverendæ Cameræ Apostolicæ

Concordat cum suo Originali de Verbo ad Verbum Gestor. Fr. Laurentius Cergò

Admodum Rde etc.!

Significavit mihi Illmus D. Comes Militiæ Limitaneæ Brigaderius filios Militum Limitaneorum sub Praetextu famulandi, aut studia continuandi ad exteranea Loca sese conferre, non multos verò è Provincia quoque elabi, et ad Legionem hunquam reverti. Alios verò eo duntaxat fine Ne militiæ nomen dare adstringantur 25to & 26to attis suæ anno studiis inferioribus operam dare, alios ruxsus in Re, fidelibus Conventibus, et Scholis, dum ad Lustram quotannis institui solitam per Reginimum commendantes revocari debent, è causis non satis sufficientibus, per superiores, seu Moderatores Scholarum detineri. Quum igitz ad tollendos hujusmodi abusus benigne Augustis sima Princeps statuere dignata sit in tantum filii Limitaneorum seu ad frequentanda studia, seu servitia particularia alii prestanda facultem concedendam esse in quantum iis se applicare possunt, atque ea lege ejusmodi absentes tempore instituendæ Visitationis Anno per Reginimu Commendantes convocati compareant, nec quisquam illorum à Reginime ruxsus sine licentia scriptotenus a Commendante Reginimis concessa recedat; necessario omnino est ut Paternitas Vestra Adm. Rda singulis in hac Provincia Scholarum sui ordinis Præfectis, Moderatoribq, domorumque superioribus mittmet,

ut

ut imposterum quotannis dum ad Lustram Juvenibus seu Scholasticis, seu in domibus Religiosis famulantibus, Confluendum erit Sepositis omni mora ad Legionem dimittantur, idque praesertim Krica finem assuturi Mensis Julij huius anni Executioni detzi Quum Krica illud tempus Excellmus Dominus Supremus Armorum Regiorum Praefectus Visitationem Peragere constituerit. Caeterum expecta inter officia Perseveto

Adm Rdae P. V.ae

Charissimus in Dno

Cibinij Die 17a Junij 1771. B. Josephus Antis. Bajtai Epus

Demique Miseria Super Miseriam! Ne ad evitandos futuros casus funestos Caveat quivis Nostratum: Cujuscunq; demum fuerit Characteris: Suos aut alios Consanguineos seu Cognatos Pueros, aut majores è Locis Militiae Limitanea Scium esse, aut expraeticare, sine expressa Licentia, & in scriptis obtenta Illustrissimi Domini Colonelli

Stanislaus Augustinus Qui sup
Minister Provinciae

Josephus Antonius L. B. Bajtay Dei Gratia Episcopus Transylvaniensis, Insignis Collegiata Ecclesia Sonsoniensis S. Martinum Praepositus Archi Diaconus Kisoniensis; Sacratissimarum Caesarearum, et Apostolico Regia Majestatum Status, et Excelsi Regni in Transylvania Gubernij Consiliarius actualis intimus.

Non minus Spiritualem, quam temporalem utilitatem (delitur) attendens modernus Ecclesiae militantis Pontifex hujus nominis 14tus et una Paterna sua Charitati, qua Christi fideles in Domino complectitur, maxime consentaneum arbitratus eo Studia sua conferre, ut de temporalibus quoque eorum commodis et emolumentis; quibus ad consectenda Spiritualia propensiores, alacriores que evadant prospicere posset; tametsi praecipue ad divinum cultum, animarumq; Salutem Apostolici sui muneris Solicitudinem referat, quum nihil omnino sibi probe intueatur interdum e temporali opportunitate non solum impedimenta si qua sint, averti, sed et multo potiora ad eum finem adjumenta comperiri posse et assidua in Gregem Dominicum vigilantia

animadverterit ea illo antecessoris sui Benedicti Papæ XIV indulto, quo is concesserat, ut fideles populi, quibusdam festivis diebus servato in eorundem festorum vigiliis, in quibus præceptum erat, jejunio ac audita solum in iisdem festis Missa laboriosis illorum opificiorum exercitationibus, servilibusque operibus vacare possent, progressu temporis, illud notu evenisse, ut alij in suo opificio minus occupati præceptum audiendi sibisam omnino neglexerint, alij vero ex obligatione jejunandi in vigiliis et audiendi Sacrum in Festis occasionem arripuerint a laboribus abstinendi, et otio se dedendi, postulaveritque demum cognitis his incommodis Augustissima Princeps nostra pro ea qua est in Deum pietate, et populos sibi subjectos studio, ut iidem Apostolica Authoritate, etiam a præcepto jejunandi, et audiendi sibisam iij diebus, quibus opus exercere permissum est, solverentur, hanc novam de festis ac vigiliarum jejuniis præclaudatus Summus Pontifex, unquam maturo descendit Consilio, condidit sanctionem, quam brevi hic Apostolico die 22da Junij Annibus, edito nobis quoque declaravit, et una præcepit promulgandam, ut videlicet retineantur, ac celebrentur Festivi Dies Resurrectionis sive Paschatis Domini cum sequenti feria 2da et Pentecostes pariter, cum eadem feria 2da 3tia proinde utriusque solemnitatis abrogata. Singuli item per annum dies Dominicæ, nec non nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, Circumcisionis, Epiphaniæ, Ascensionis et Corporis Christi, quinque dicati Deæ Mariæ Virgini, Sanctificationis, Annuntiationis, Assumptionis, Nativitatis et Conceptionis. Præterea retineantur SS Apostolorum Petri et Pauli, nec non Sanctorum, S. Stephani Protomartyris, utriusque tantum principalioris Patroni.

Edicit itaque Summus Pontifex teneri omnino his omnibus Festis diebus pro veteri Ecclesiæ Catholicæ instituto omnes Christi fideles Sacris adesse, a servilibus operibus se quoque abstinere, et jejunium in eorundem vigiliis, quibus annexum est, observare in religios vero Festis non solum laboriosas artium exercitationes, et servilia opera permitti, ac indulgeri quoque insuper eosdem a quacunque vigilia, seu jejunij diebus præcedentibus, dum modo aliunde, vel ratione quadragesimæ, vel ratione quatuor temporum non præcipitatorum, et audiendi sibisam in prædictis diebus obligatione, absolvi, et liberari.

Ne vero interea dum populorum conscientiæ consulitur, et eorum qui in studore vultus sui panem concedunt, indigentiæ providetur Sanctorum veneratio, et salutaris Christi fidelium pœnitentia minuatur; ideo præcipit, ut Sanctorum, ac solemnitatum officia, et Missæ, quum in festis abrogatis, tum in eorum Vigiliis retineantur, et sicut prius, in omnibus Ecclesiis celebrentur, ea tamen solemnitate quoad ritum, duntaxat sibisæ, Divinique officii persistente, sacrum vero jejunium quod in abrogatis Vigiliis habebatur ad Feriam 4tam et 6tam Adventus transferatur, ibidemque servetur, quemadmodum hæc in ordine Divini officii, seu Directorio Anni proxime sequentis indicabuntur.

Vult autem non solum Clerici, et Divites homines, qui etiam diebus non festis Sacro Sancto sibisæ Sacrificio, et Divinis officiis adesse possunt, sed etiam ii, qui rusticis detenti laboribus Ecclesias diebus tantum festis adeunt, Sanctorum Apostolorum, ac Martyrum quorum solemnitates hisce nostris abrogata sunt, memoriam servent, ac veneretur; idcirco statuit idem Summus Pontifex, ut die 29na Junij ultra præcipuam SS Apostolorum Petri et Pauli solemnitatem etiam aliorum Sanctorum Apostolorum, et die 28va Decembris ultra præcipuam

S. Stephani Proto chartyris Festum etiam aliorum SS chartyrum memoria celebret, atq; ideo die 29na Junij in Calendarijs Ecclesiasticis Festum inscribatur SS. Petri et Pauli, et commemoratio SS. OO Apostolorum, ac tam in Missa, quam in officio addatr commemoratio, seu collecta de Apostolis; die vero 26ta Decembris ita notetur Festum S. Stephani Proto chartyris, et commemoratio seu collecta de communi plurimorum chartyrum.

Hæc igitur dilectioni, Catenisq; Ecclesiarum Rectoribus, et Administratoribus in distincto tuo constitutis presentium serie, quas Singulis eorum, vt quilibet sibi describere possit, prauis communicabis, committimus, ut hanc Apostolicæ Sedis dispensationem in cunctis Ecclesijs quum Parochialibus, tum Regularibus in Festis natalitijs Servatoris Domini nostri, examinibus clare, et intelligibiliter, ac eo modo promulgetis, ut ad cunctorum notitiam perveniat, eamq; quoad singula capita quilibet eorum observare, tum per populum vobis concreditum observandam curare studeatis.

Hortamur autem vos in Domino, et obsecramus, ut omni studio ac vigilantia effiare contendatis, ne quidpiam per hanc novam de Festis Legem Apostolicam, Divino Cultui detractum videri possit, sed quo minor Festorum dierum fructus et numerus, eo major sit in animis fidelium pietatis fervor, ac devotio; Proinde quemadmodum vehementer a nobis optat Sacra Sedes Apostolica Fideles vobis commissos diligenter edoceatis, qua ad justam legitimamq; festorum dierum observationem pertinent, quo item ardore, qua Spiritus humilitate Sanctissimo altaris Sacrificio assistere oporteat, quo demum studio, qua frequentia, qua attentione Divinis officijs, Sacris Concionibus, et Christiana Doctrina institutionibus interesse debeant, insuperationum quoq; momenta populo vobis commisso ~~crebro~~ sedulo proponatis, e quibus festivi dies postrema hac Sanctione abrogati sunt, finem ad quem Ecclesia illas celebrare consuevit; pariter, quod in Ecclesia, ejusq; Supremi Capitis potestate situm sit, quemadmodum festa instituere, ita etiam illa abrogare.

Demum impense latagatis, ut Fideles a rebus mundanis ubi sunt chores, Caupona, quæq; frequentationes abstineant, neve per eos dies corda eorum gravento crapula, et ebrietate ac Sæcularibus cogitationibus, unaq; studia vestra eo convertatis ut profana quæq; ludicra et minus Religiosa a publicis locis amoveantur, Contra vero in conspectu illa sint, abundeq; supetant, quæ ad fovendam devotionem, adpietatem plurimum prodesse possunt.

Quem in finem Dilectissimi commendatum vobis esse duximus, ut quum numerus festorum in paucos dies reductus sit Fideles Spirituali cura vestra concreditos eo adducere studeatis, ut iisdem Festis et Dominicis non contenti divinis officijs, quæ præcepta sunt, et consuetis Vesperis frequentius Ecclesiam adeant, præcipue vero paulo ante tempus vespertinum constituta hora, si commode fieri potest, conveniant, ibidemq; preces pro publicis necessitatibus constitutione nostra Diecesana indictas et arbitrio vestro statuendas devote una vobiscum persolvant.

Ad hæc ut omnis sive perturbationis, sive anxietatis occasio præcludatur, ordinamus primo ut præscriptæ Constitutiones, quum in loco seu civitate Ecclesiæ nostro Cathedralis tum in aliarum Ecclesiarum Parochialium foris in usu deduci incipiat ab exordio proximi affuturi Anni.

2do Ut si alicubi plurium Patronorum memoria festivi dies instar de præcepto antehac celebrata fuisset illius tantum festum ~~celebretur~~ observetur, erga quem

communior, et amplior cultus populi est.
3tio Ut retineantq, et celebretur festum S. Stephani Regis 20ma Augusti, et simul eadem die recolatur memoria cæterorum quoq Sanctorum Patronorum Regni, habita in chisa et officio de iisdem commemoratione.
Cæterum Paternam Benedictionem nostram vobis peramantes in Domino impertimur.
Datum Cibinij in solita Residentia nostra Die 29na Mensis 9bris Anno 1771

Reflectiones Super Encyclicas Episcopales

Ad servandum a nobis debitum ratumq ordinem Encyclicis Episcopalis sua Excelentia literis has quoq meas associandas duxi eum in finem 1mo ut RR Concionatores dictas Encyclicas previe bene ruminando e publico suggestu Clare, et candide genuinaq declaratione premissa reductionem festorum, jejuniorum ac vigiliarum suis annuntiare valeant Auditoribus ne deformitas aliqua vel discrepantia ab aliis in promulgando irrepat, neve Simpliciores ac minus intelligentes hallucinari ac turbari contingat.
2do quod attinet nos Regulares in omnibus punctis illis, quæ continentur in prædictis Encyclicis, Signanter vero quod ad opera servilia libere exercenda diebus festivis recenter dispensatis [: in casu v maxime urgentis ac rationabilis necessitatis :] Conformare nos quidem possumus aliis Catholicis magis tamen condecens judicio statui nostro Religioso, ut diebus saltem illis, quæ habebant hactenus Solemniores ab operibus Servilibus præsertim quæ consueverunt major cum apparatu et strepitu exerceri quantum possibile erit nos abstinere. 3tio Illoq ad futuram congregationem intermediam vigilia RR cum jejunio uti et festa eorum servemus a nobis veluti hactenus, donec unanimi consensu V. Definitorij certi quidpiam fuerit conclusum, interea vero si quis nostratium foris existens in translatis Sanctorum Vigilijs Secularium chensis se se accomodet, et carnibus vescatur non ideo scrupulis debet angi, sed ad evitandas utriusq molestias quæ eidem apponunt Secure absq remorsu conscientiæ iisdem potest vesci.
Tandem 4to mandabatq quidem a sua Episcopali Excelentia harum promulgatio in festis natalitijs proxime imminentibus, quia tamen nobis sero communicata sunt, ideo absq dilatione ulla promulgentur, quatenus totus comode fieri poterit, ne confusio aliqua vel querela contra nos suboriantur.

Signatum Claudiopoli Die 18 Xbris. Anno 1771

Fr Augustinus Kapkai Min: Provincialis

Pius Manzador è Congregatione Clericorum Regularium S. Pauli Dei et Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Transylvaniensis Sacratissimarum Cæsareo Regiæ et Apostolicæ Majestatum status et Excelsi Regii in magno Transylvaniæ Principatu Gubernii Consiliarius actualis intimus.

Dilectis nobis in Christo honorabilibus districtuum Diœcesis nostræ Archidiaconis vice Archidiaconis, et Parochialium Ecclesiarum Rectoribus, eorumq; coadjutoribus Salutem in Dño sempiternam!

Postea quam inscrutabili Divinæ ordinationis dispensatione Supremæq; terrenarum Majestatum auctoritate ad Regimen in Spiritualibus Gubernationemq; almæ hujus Ecclesiæ Transylvaniensis sumus translati, quod vobis probe jam cognitum esse non dubitamus, non ultimus est nostrorum desideriorum scopus ut vos paterno nostræ quam erga vos gerimus charitatis, ac benevolentiæ affectu, quam primum coram amplecti possimus. Verum quoniam istud diversa quæ procedimus obstacula, vero similiùs ad longius non minùs tempus respiciant, id circo illud ipsum nostri in vos animi officium his interea exequimur literis nostris encyclicis ad vos directis adhortantes vos impense in Domino, ut sancto, puro, ac sedulo ministerio vestro curatum Episcopalis regiminis nostri onus, et gravitatem adjuvare et ut regimen Deo acceptum, Ecclesiæ utile, animabus vobisq; salubre exercere valeamus vestrorum suffragia precaminum assiduo ad Altissimum fundere non cessetis.

Porro notum vobis facimus quod Ecclesiam Dei feliciter gubernans Clemens Papa 14. Parochiales Ecclesias nostræ hujus Diœcesis cœlestium munerum elargitione decorare volens revocatis in eis triviegiatis Altaribus inhibita Barecia sive in perpetuum, sive ad tempus jam concessis, Vobis ut semel per vos ipsos in qualibet ex Parochialibus Ecclesiis hujusmodi unum duntaxat Altare ad Septennium proximum tantum privilegio Apostolico decoratur pro animabus Christi fidelium à purgatorii pœnis liberandis designare valeamus, ita ut quicunq; Sacerdos alicujus Secularis vel cujusvis ordinis, Congregationis et instituti Regularis missam defunctorum pro anima cujuscunq; Christi fidelis, quo Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit ad prædictum altare sic per vos designatum celebrabit

Summa ipsa de Thesauro Ecclesiæ per modum Suffragii Indulgentiam consequatur, ac à Purgatorij pœnis liberetur Facultaem authoritate Apostolica concessit. Quocirca ad salutarem hunc finem consequendum in singulis Parochialibus Ecclesiis vestræ curæ subjectis, designamus illa ipsa Altaria, quæ antea quoad hactenus tale privilegium, quod modo revocatur continebant, sive vero quodcunque Ecclesiæ hoc privilegio destitutæ hactenus fuissent, nobis pro eodem designamus Eras earum primas et principales.

Non absimiliter quod Idem Summus Pontifex animarum Christi fidelium nostræ curæ commissarum Saluti paterna charitate consulere cupiens, Vobis ut donec regimini hujus Ecclesiæ præfuerimus, et quoties in eadem Diœcesi nostra aliquem utriusq; sexus Christi fidelem in mortis articulo constitutum esse contigerit, sive ille pœnitens, et confessus, ac sacrâ communione refectus, vel quatenus id facere nequiverit Sacram contritus Nomen Jesu ore, si potuerit, sin minus corde devotè invocaverit, et mortem tanquam peccati stipendium de manu Dei patienti animo susceperit, toties per Vos Ipsos, seu per unum aut plures Presbiteros probitate morum præditos Sæculares, seu cujusvis Ordinis et Instituti Regulares, à Vobis ad nostrum libitum semel, vel pluries, et quoties opus fuerit deligendos, eligendos, et deputandos, et quoad Moniales, illarum Confessarium Ordinarium Apostolicam Benedictionem cum Beatitudinis, et Romani Pontificis pro tempore existentis Romæ cum plenaria omnium peccatorum suorum Indulgentia, et remissione impertiri liceat, et licite valeamus facultatem authoritate Apostolica concessit, tribuitq;. Vos igitur eorundem utriusq; sexus Christi fidelium pastorali nostro cure concreditorum saluti, pari charitate perspicere valentes, eandem hanc facultaem Vobis prorsus modo attributam Vobis, Vestrumq; singulis tam presentibus, quam futuris qui curam animarum acta gerit, ac deinceps gesturi sunt intra regiminis nostri durationem totam ac totaliter communicamus. Volumus autem ut formulam in impertienda benedictione, et plenaria Indulgentia, in articulo mortis constitutis applicanda, conformitu ad præscriptum laudati Pontificis hanc per Dilectum, et adhibeant, quam huc inclusam ad Vos fecimus expedii.

Hac occasione demum significandum quoq; singulis Vestrum esse duximus, quod Nos perpendentes Amplissima hujus Diœcesis cui Nos Divina providentia præesse voluit maxima onera, atq; eodem sustinendis ob publica Regni negotia, quæ è sonoriis Baronii Politici munere in Nos servantur solos haud pates esse arbitrati, unaq; considerantes Dilecti Nobis in Christo Honorabilis Georgij Tamási Ecclesiæ Nostræ Cathedralis Albensis Lectoris Canonici provectam etatem, ch Lectoratûs ac Parochi munere abunde alioquin pressam, quem Venerabile Capitulum Cathedralis hujus Ecclesiæ Nostro munere Vicarii Capitularis, et Causarum Auditoris Sede vacante meritò insignaverat; Dilecto Nobis, Nobis in Christo Honorabili Antonio Heredi Ecclesiæ Nostræ Cathedralis Præposito Archimajori Insulato, attentis ejusdem Viri in hanc Diœcesim meritis, ejusq; indefessa in promovendis Ecclesiarum suarum Rectoribus industria, in pertractandis rebus dexteritate ac in moderna Diœcesi vigilantibus industria, in pertractandis rebus dexteritate ac in moderna Diœcesi diuturna, singulorum experientia in partem Solicitudinis nostri vocato Vicarii Generalem juxta eum modum, quo sub Antecessore nostro concessa fuerat

potestatem, Cumgs una Causarum Auditorem Nostrum Generalem constitu-
erimus. Vestrum proinde erit prefato Eidem Vicario et Causarum Auditori
nostro debitum honorem, reverentiam, et obedientiam exhibere. Volumus au-
dem ut presentes Litere nostre, quo omnibus innotescant, in proxima Visitatus
illius Ven. Congregatione promulgentur. De cetero Vobis paternam Nostram
Episcopalem Benedictionem peramanter impertimur.

Datum Alba Carolina in Palatio Nostro
Die 7. Mensis Junij Anno Dnica Incarnatio-
nis 1773.

Ejus Episcopus

Ad gratiosum suae Episcopa-
lis Excellentiae mandatum
Michael Rábo Electus
Canonic.

Ordinis Minorum Sti Francisci de Observantia.

Cum alias Die 11. Augusti 1770 ad preces P. Mtri Generalis Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Sacr. Litium Congregatio Referente Eminentissimo, et Reverendissimo Dno Cardinali Torrigiani Indulserit, ut in omnibus Ecclesiis dicti Ordinis singulis Sabbatis per Annum, exceptis Privilegiatis, ac Festis Supplicibus prima, et Secunda Classis impeditis, celebrari posset Missa votiva de Conceptione B.M.V. non omissa tamen Missa conventuali cum cantu de Festo, vel Feria occurrente; nuper idem P. Mtr Gralis humillime supplicavit pro deda-ratione sequentis dubij: = An per supra dictum indultum inducta fuerit obligatio Missam Conventualem canendi etiam in illis Ecclesiis, ubi dicta obligatio non adest =? Et Sac. Congregatio Referente eodem Emo Dno Cardinali Torrigiani benigne rescripsit: Gratiam Concessam Sub Die 11. Augusti 1770. nullam inducere obliga-tionem Cantandi Missam Conventualem, ubi ea obligatio non sit, nec esse debeat juxta Constitutiones Apostolicas. Die 19. Junij. 1773.

L. † S.

M. Cardinalis Marefuschy Prefs.
M. Gallo. S. R. C. Secrius.

Concordat cum suo Originali testor Ego

Fr: Joseph Ant. à Bimio
Secret. Ord. Gral.

Concordat cum suo Originali de Verbo ad Verbum testor

Fr: Antonius David
Transilvanensis

Decretum.

In Petrus S. S. In Paulus.

Camerinen

Canonizationis

BEATI IOACHIMIS A PARMA

Sacerdotis Professi, ac VII Ministri Gnlis

Ordinis Minor Sancti Francisci.

Quum Sub Die 16 Julij 1774 annuente Sa. me. Clemente Papa XIV ad Instantiam P. F. Josephi Mariæ de monte Sano Sacerdotis Professi, ac Sæ Theologiæ Lectoris ordinis Minor de observantia S. Francisci Postulatoris Causæ Specialiter constituti ad relationem Cl. me. Card. Veterani Ponentis in S. Rituum Congregatione ordinaria, plenè vindicata fuisset orthodoxa B. Joannis à Parma Sacerdotis Professi, ac VII Ministri Gnralis ordinis Minor, subindeq. Jclibus Julii Pauli XIV Anni 1775. Eodem referente Decreta fuisset Signatura Commissionis Introductionis subsecutâ Die 22da ejusdem Mensis Smi Dni Nostri PP. Pii VI. approbatione, ac subsignatione, nunc ad preces ejusdem referente Eminentissimo ac Rndissimo Dno Card Boschi in Ponentem subrogato, Eadem S. Rituum Congregatio ad sibi propositum dubium = An Sententia lata per Rndissimum Episcopum Camerinen Super Cultu ab immemorabili tempore Eidem Ven. Servo Dei exhibito sit confirmanda seu an constet de casu excepto à decretis Felic. Recor. Urbani PP VIIIe in casu, et ad effectum, de quo agitur = audito prius R.P.D. Dominico de S. Petro Fidei Promotore, qui scripto ac voce sententiam suam exposuit, referendum censuit = Affirmativè = Si Smo Dno Nostro placuerit. Die 28 Februar. 1775.

Factâ deinde per me infrascriptum Secretarium de prædictis Eidem Smo Dno Nostro relatione, Sanctitas Sua Benignè annuit Die 3ma Martij 1775.

M. Card. Marefuscus Prefectus

{L. S.}

M. Gallo S. Rit. Congr. Secretarius

Gutmacht de eodem

Decretum

S. Petrus
E. S. S.
S. Paulus
Camerinen.

Seu Ord. Minor. S. Francisci

Beati Joannis à Parma

Sacerdotis Professi, ac VII. Ministri Generalis Dicti Ordinis.

Post rigidum, ac formale examen cultûs à tempore cujus initii memoria non extat, exhibiti Beato Joanni à Parma Sacerdoti Professo, ac VII. Ministro Generali Ordinis Minor. S. Francisci in S. Rituum Congregatione institutum, et sub Die 25. Februarij mox elapsi absolutum, approbante Smo Dno Nostro Pio P. P. VI. Die 7ma Martij ad humillimas preces R. P. Fratris Paschalis à Varisio Totius dicti Ordinis Minor. Ministri Generalis, nec non P. Fratris Josephi Mariæ à Monte Jadro Causæ Postulatoris; Idem Smus Dnus Noster, referente Dno R. P. Dominico de S. Petro Fidei Promotore, benignè indulsit, ut quottannis Die ab eodem Ministro Generali designanda, Officium, ac Missa de Communi Confessorij non Pontificis sub Ritu Duplicis Minoris in toto Ordine ab omnibus utriusq. sexûs Religiosis, qui ad Horas Canonicas tenentur, recitari, ac celebrari respectivè possit, et valeat, quibuscunq. in Contrarium minimè obstantibus.

Die 24. Martij 1774.

E. S. S.

M. Card. Maresfuscus Præfectus.
M. Gallo S. Rit. Congr. Secretarius.

Cum Smus Dnus Noster Pius P. P. VI. exaudire dignatus sit, humillimas Nostras preces pro Concessione Officij et Missæ Beati Joannis à Parma VII. Ministri Generalis Ordinis nostri sub Ritu Duplicis Minoris, et arbitrio nostro Committere Diem assignandam pro recitatione ipsius Officij et Missæ in Toto Ordine. Nos eadem Facultate utentes Diem 30 Martij, quo idem Beatus ex hac vita ad æternam migravit, pro recitatione Officij, et Missæ, ejusdem Beati, de Communi Confessorij non Pontificis, imò loco vigore præsentium assignamus, atq. statuimus. Datum Romæ ex Aracœli Die 15. Aprilis 1774.

E. S. S.

Fr. Paschalis à Varisio
Minister Generalis

Hæc Pro munerij mei jam jam expirantis exigentia, communi canda habui; adhortando omnes et singulos, ut pijssimæ deo optimo maximo grates rependant, quod è pusillo, et humili Ordinis Nostri vindarro, in Paradisum voluptatis sue, plures flo sculos multiplici virtutu odore flagrantes transferre dignetur. Ipse itaq; Beatu Patrem Joannem à Parma, quem Deus in Coelij glorificavit venereмur debitò cultu in terris; et, qui dum Ministerio Totius Ordinis Nostri fungery olim Nostrij Majoribus, ac per eos nobis intemerate vitæ speculum, exemplar, et incitamentu extitit oremus, ut apud Tronum Clementiæ divinæ pro nobis, Totoq; ordine Nostro in Regulari observantia conservando intercessor existat.

Deo et Signavi V. Claudiopoli 17 Maji 1777.

Fr Martinus Peterffi
Minister Provincialis mp

Copia

Ignatius Dei et Apostolicæ Sedis Gratia Magni Principatus Transylvaniæ Episcopus e Comitibus de Batthyan perpetuus in Nemeth-Ujvar, Inclyti Comitatus Castri Ferrei perpetuus Comes, Sacratissimæ Cæsareæ, et Regiæ Apostolicæ Majestatis actu alij intimus Status Consiliarius &c.

Dilectis in Xto Filijs Ordinis Minorum S. Francisci Strictioris Observantiæ Provinciæ S. Regis Stephani Salicem in Domino Salutem!

Semper quidem Episcopis cura Regularium incubuit, nunc autem tanto majorem debemus illis impendere solicitudinem, dum eosdem immediata nostra voluit Sedes Apostolica esse jurisdictioni obnoxios. Angimur itaq; pro vobis, quæ vos circumstant pericula pensante, et nonnullorum ex vobis ingemiscente ruina. Vestram zelamus salutem, quæ sanctitate conspicua refulgere desideramus. miseret nos sane illorum, qui habitum religiosum retinunt, professionem autem animo dimisere: quis illorum sufficiet enarrare miseriam, in quam semet injecerunt imprudentes, et quæ illos post hujus vitæ exitum manet, nullo fine terminanda! audite S. Laurentium Justinianum L. de vita solitaria C. 2. graphice hæc omnia depingentem. Carcer, inquit, est horridus, ignaviæ voluptatumque noxiarum cohibitarum sentina, impatientiæ domus, ferarum spiritualium habitaculum, stat vivus inclusus corpore, sed mente vagus, profugus super terram extraneam. Mortuus censetur mundo, et illi vivit, illum quisque concupiscit: de ipso cogitat, ipsum in hianti sequitur affectu, amatorem ejus beatificat, tanquam fruentes naturæ bonis et creaturarum concessis muneribus. hactenus Laudatus Sanctus. An non pravis insistemus, capere

vinculis solvi, et illa deponere non posse, concupiscere quod adsequi non liceat, carere cali deliciis, et mundi gustare non posse voluptates, desiderijs tabescere inutilibus et mortiferis? Ve heu! multo major illos ex hac vita abeuntes excipiet miseria; quam enim gravem Deo rationem, qui vota Deo suo non solverunt perfidi, sacrilegi, desertoribus Angelis similes? quanta eos manebit damnatio, qui inter tanta salutis presidia interitum sibi conficiunt? qui in ipso portu naufragium incurrunt volentes? quam merebuntur veniam, qui in loco sancto peccarunt, indigno? venia pronunciante Spiritu sancto? Angelis in celo peccantibus eorum non conceditur penitentia. Terribile quod S. Bernardus dicere vult, dum hujusmodi Religiosos vocat spinatores cali. Recte itaq; monet S. Ephrem: non vestaris similis militi ab adversarijs capto, qui Regis quidem gerit insignia, ipse vero inimicis Regis servit, verax quippe est qui ait: quia omnis qui facit peccatum servus peccati est. Quid ergo faciemus, ut hos a precipitio eruamus, et religiosos in sanctitate vite conservemus?

Duo nobis occurrerunt: unum, ut corpora vestra offeratis Deo hostiam viventem, et acceptabilem, carnem vestram crucifigentes cum vitijs et concupiscentijs, non enim suademus tantum, sed hortamur, obsecramus, atq; etiam precipimus in Dno Jesu, ut secundum Regulas et statuta vestra corpus vestrum castigetis, et verberibus in servitutem redigatis. Intelligitis quid suadeamus? quid moneamus? quid precipiamus? interimpsum quippe dolemus in nonnullis Conventibus salutarem illam mortificande carnis consuetudinem, qua certis diebus flagellis peccata, defectus, et negligentias suas omnes coadunati expiabant, flagellis unusquisq; a semet ipso penas repetens inquiente S. Petro Damiani, quia caro me carne duxit ad culpam, adflicta ducat ad veniam. Non consurgat aliquis ex tepidis, quos supra deploravimus, et consuetam canticulo nobis decinat cantilenam: Carnem non esse parcendam, discretionem Matrem esse virtutum disciplinas, cilicia, jejunia vigilias esse media ad virtutem, et perfectionem vite, hanc tamen ipsam alibi requirendam. Illas sane austeritates et optimas et necessarias prorsus esse, quas regula sancit adhibendas, dubium esse nequit. Non metuant nullum illa interrimunt, sed hostem prostratis manibus egregie debelabunt prosternentq; horret flagella tentator, et velut ipse percussus fugam arripit, et predam dimittit. Necessarias dicimus hujusmodi austeritates; si enim quevis ~~vocatio~~ relaxatio peccato non vacat, si in re gravi Regulam transgredi peccatum est, prevaricatores utiq; sunt, qui disciplinas faciendi statutam negligunt normam. Cujus enim spiritualis vita peritus imprudentem negabit,

absq; discreta carnis macerations perfectionis aditum non patere? Justam itaq; debitis Nostram solicitudinem, et monitionis Nostra excusabilis austeritatem, nisi tepidi hi, qui Regulares se esse mentiuntur, vos ad perfectionis viam tenendam obligari peregent.

Ceterum est, quod monemus, atque etiam jubemus, ut nimirum singulis diebus orationis mentalis pensum per Regulas et Statuta prescriptum inomisse, et in comuni persolvatis. Superiores Locales, per Dominum Deum obtestamur, ut illud pensum persolvi modis omnibus procurent; Regularis enim absq; his similis est inermi Militi, et ex neglecta oratione mentali languor, et dissipatio animi oritur, quia animam Sanctis cogitationibus vacuam et sterilem invadunt, atq; implent etiam Concupiscentiæ Carnis, et oculorum, his armis destituto dispicit solitudo Claustri, habitus asperitas illum aderit, regularis observatio disciplinæ coarctat, contristat, et hinc mala sequi necessum est, quæ enarravimus. Si unquam, nunc certe necessarium est, ut voluntariis Castigationibus Corporis divinam placetis iracundiam, et die noctegue clametis ad Dominum; expetivit enim vos Satanas ut cribraret. Vigilate itaq; et orate, ne intretis in tentationem. Datum in solito Residentiæ Nostra loco Alsarolinæ die Tricesima prima Mensis Decembris Anno Domini Millesimo Septingentesimo octuagesimo octavo.

Ignatius Episcopus Transylvaniæ

L. S.

Ad gratiosum sua Excellæ Episcopalis Mandatum Stephanus Tangh a Latere Canonicus

Hanc Copiam Decreti Episcopalis cum suo originali de Verbo ad Verbum Concordare fidem facio. Cibinij 3tia Febr. 789.

Fr Ambrosius Baumgartner Ord. S. Francisci Secretarius Provincialis.

Adelium Rnde & Rndi Patres Locorum Superiores in Dno Colendissimi!

Excellentissimus Dnus Ordinarius duplices mecum circulares in ordine ad publicandum per Provinciam gratiose Communicate dignatus est. Alteras de 30a July A. C. Sub Nro. 965. Alteras die 5ta Augusti currentis pariter

a mi-

Anni sub Nro 1041. Quas cum illis Dominicis Religiosis, qui adjunctam habent Administrationem Parochialem, Rmi Dni Dom. A Diacono Officiosè communicabunt proculdubio; Meum igitur est, Easdem cum aliis Dominis Nostris communicare.

In Primis itaque circularibus in Libro Matrimonii in eum Sequentia in protocollanda, et strictè observanda ipsi Suæ Epali Excellentiæ.

Ne 1o imposterum cuiquam de more Comparti Parochiale Testimonium non proferenti credatur Reo

2o Quisquam ad Copulationem admittatur, nisi: Libertatem Suam p. Sica Seus manifestata non sit / proferendo e singulis Locis, in quibus morabatur, Parochiali, aut Seus officiosa Magis-tratuali, de tempore in tempus Testimonio documenti. Qua denique

3o de Violatoribus et contemptoribus sanè manifestæ Legis, severissime imposterum, Sola Beneficii: vel in Religiosa Patre Officii: / jactura non Compensanda ele sumendæ sint poenæ.

Secundarium autem formalium Encyclicarum de Sacris ordinationibus Tenor est Sequens:

Venerabiles Fratres, et Filii, in Xto Dilectissimi.

Munera Epalis partes recurrens Sententiam Apostoli Pauli ad Timotheum, Let per hunc Sacramenti Antistitem Singulum: Manus cito nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis: Seu quod idem: Cautissimum esse in Ministro Sacramenti debet. Profecto Ajaud de Veteris Sacerdotibus aperuerat Deus Ste Ste Malachia: Labia Sacerdotis custodient scientiam et legem requirent ex ore ejus: quia Angelus Domini exercituum est. Secundum Apostolum: Omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in iis quæ sunt ad Deum ut offerat Dona et Sacrificia pro peccatis nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo tamquam Aaron: quis addubitare possit non nisi eos ad gradum Sacerdotii ascendendo esse, qui a Deo ad hoc Sublime Ministerium vocati esse comperiuntur? — At quis novit Sensum Domini?

Quis

Quis Consiliarius ejus fuit? Quis scire potest, quod elegerit Dominus
nisi forte cor revelaverit? — Hinc ipsum quoque Summum Novi
Foederis Pontificem, licet eundem nec corde quod secreta fugere
poterunt, pro instructione tamen nostra dum Apostolos Novi
Foederis Sacerdotes deligere meditabatur, quia in non leve
recessisse et in oratione pernoctasse, imo huic ipsi delicti gravitas,
quia diversum Jejunium præmisisse legimus: Apostatæ olim
prævaricatori Judæ alter substitui debebat, ita Deo Supplicavisse
movimur: Tu Domine! qui corda nostra omnium, ostende, quem
elegeris ex his accipere locum Ministerii hujus, et Apostolatus
de quo prævaricatus est Judas; Eosdem Apostolos, dum jubente
Spiritu Sancto Paulus et Barnabas in opus Ministerii segre-
gandi essent, jejunantes, et orantes eis manus imposuisse
constat. — Hæc quia ratio est, quod Majores quoque Nostri primo
Sæculorum Antistites Servatores et Apostolorum exempla pia
et fida memoria recolentes dum certos dies designarunt, quibus
Ministri Novi Fœderis conservandi essent, unde quod quam sapienter,
quam sancte decreverint, ut non modo Ecclesiæ Ministris
Consecrationem impertiundæ verum Clerus et Populus universus
memoratos quatuor Temporum nomenclatione notissimos dies jejunio,
et oratione sanctificarent, et Deum pro iis qui in Ministerium
Sacrum adoptandi essent Suppliciter deprecarentur.

Quapropter Venerabiles Patres et Filii in Christo Dilectissimi!
Cum tempus isthuc a Patribus pro Ministrorum Sacrorum
consecratione præstitutum jam jam adpropinquet Sequamur exemplum
Domini, et Magistri Nostri, imitemur Apostolos rectissime
sapientissime primorum Ecclesiæ Patrum Institutioni, jejunemus
et oremus ut Dominus eos qui in opus Ministerii assumendi
sunt, ostendat, et nonnisi illi, quos Ipse Dominus elegerit, manus
manus imponantur. Messis quidem multa, Operarii autem pauci,
oremus Dominum Messis, ut quam dignissimos operarios in
Messem suam mittat. — Atque, ut menti Ecclesiæ quo perfectius
satisfaciamus, præsentibus Statuimus Sequentia:

I.mo A proximo futuro in XX.am Kal.em dium Mensis Septem-
bris incidente Quatuor Temporum jejunio incipiendo, a modo impositorum
Semper Die Dominici Jejunium Quatuor Temporum præcedente ex
Cathedra Populus super sine Instituti istius hujus jejunii edoceat
ac una ad Compedationes pro Ordinandis Electis Ministris
in Spiritu Ecclesiæ faciendas, ita Jejunium Ecclesiasticum quod
præter abstinentiam a Cibariis unam Solum modo intra horas 24

Sequatur

frugalem refectionem admittit, ad amussim observandum pro-
inde ea oratione debebit, nervose ab oculos ponendo, quanto opere quæ-
Salus a dignorum, ac vere Apostolico Spiritu gaudentium Sacror
Ministrorum delectu dependeat, quod ne et ad verbo idoneor Ministror
defectus, non modo sacro codice, versum ipsa quoq; experientia de te
integrorum Populorum ruinam post se trahere debeat. Populo sic
previe instructo, ad decanum redibit.

2do Singulis diebus Quator temporum post S. Missæ Sacri-
ficium publice cum Populo lingua vernaculo Litanias Omnium
Sanctorum cum Subjunctis versiculi, et Orationibus ad declaratum
Scopum obtinendum peragendum

3tio Extra Quator Tempora et Sabbathum Sanctum Sacros ordines
nulli conferemus. Dixi

Item unum iterum? Vos Patres, ad? abbatum Venerabiles Fratres
et Filii in Christo Dilectissimi! Una cum Populo cure vestre
credito jejunando, et orando Fratres a Deo mihi impetrare
Satagite, ut eis non mihi per me manus imponantur quæ Dominus
in Vinea sua Salubres operarios futuros prenos sit. Orate ut in
Vobis quæ, et omnibus quibus jam pree in Annum Impositionem
Ministerii Christi, et Dispensatores Mysteriorum Dei deberi
sunt Gratia Dei restituatur Sic omnes eadem Spiritu animati,
unitis viribus in Vinea Domini laborantes quo uberiores fructus
valide, ac salubriter edere valeamus, suo tempore cum
Archiepiscopo Pastorum apparuerit immarcescibilem Gloriæ
coronam recipiendi. Datum Albæ Carolinæ die 5 Augusti 1820.

Ignatius Episcopus Transilv. Ad gratiosum mandatum
Suæ Excellentiæ Episcopalis Franciscus Jakobi Secretarius Episcopalis.

Hæc coram Religiosa communitate publicanda, scriptoque
consignanda et singulis ejusdem Sectionis Concionatoribus in ordine ad
observandum in celebranda sua Protocollo Episcopalium Ordinationum
per extensum inserenda, demum solerter promovendam
ad ordinis Sacri omnium gradibus, prout ad Aram Domini
memoriæ erit commendata constanter manere

Actum Rnde et RRlem PP. Vrat

Hunyadini 10 Febr
1820.

Humillimus in Christo Servus
P. Raphael Andrasi
Mpr. Parochus.

Adelum Asdi et Reverendi Patres Locorum Superiores
Officiose intimo Adelum Reverendis. et Reverendis
Patribus Vtrio Lipentia

mus Excellentissimus Dominus Dirarius humillimis precibus Nostris, quibus Statutorum per Celsissimum Principem sua Excellentia Antecessorem die 25ta Januarii A. C. Vulgatorum penetum 12ti in Verbis: Cum in pluribus Ecclesiis Parochialibus &c ad Ecclesias Conventuum, et Dissidentiarum etiam Nostrarum gratiose prorogandum supplices bravimus, Paterne annuentes, formali suo Decreto Episcopali dato 19 Junii A.C. non solum remonstratum Conventibus Claudiopolitano, ac Szamosujvariensi Missarum Annualium Lutarum, parum stipendium a Gobernio pendebatur; Numerum Facultate sua Episcopali ad dimidium reduxit; verum Nobis certe insuper facultatem tribuere dignatus est ut in aliis etiam locis Religiosis similem cum Missis Annuis Lectis reductionem instituere possimus, Vt Scilicet Vni Missae pendente Lute unus respondeat florenus in VV. hac gt in Charta pecunia.

In cujus gratiosi Episcopalis indulti ductu ordine, ut ubi hucusque similes Missae Annualis Lutae per 3 florenos computabantur, deinceps per Vnum florenum in Valuta computentur, et in hac proportione numerus ejus modi Missarum ad dimidium reducatur, quod Minimum Charta pecunia in recessu Manserit. Accessit alia etiam Gratia sua Excellentia Episcopalis, qua gratiose declarare dignata est Missas Annuales alibi certe Ecclesiae, aut ara per stipendiarios in Sancta Sacerdotum impleta Valiturum, ubi qua cunque Ecclesia, vel ara absolvantur; volo igitur, ut ejusmodi Missarum commutatio Matrat, quemcunque Sacerdotem possit, una alia ve illis in designatis Aris celebretur Celebrum citra dari petendi

demissae

clericos etiam S. P. Capellanis; cum Modo singulis Annis quoad earum Numerum Intentioni Fundatorum respondeatur.

2do In Jejunio Regulari a 2da Nov. usq. Nativitatem Domini ex consideratione Magni momenti pro ordinariis comparendis defectus Patere disserendo, cum omnibus, qui indigerent, penes strictam obligationem Status, Fidei, Spei, et Charitatis, Preces que indulgentiales in Ecclesia, vel extra easdem devote absolvendi in Commutationem

3tio P. P. Administratoribus et Capellanis qui clericum inde subsidium Educationis in Instituto Carolinensi nondum solvirent Nomine Meo iterum admonendi sunt. Certe ampliùs quam 200. Aureos debitum contrahere coepisset pro interventione proxime preteriti Anni Scholastici; hanc Summam Provinciæ solvendo non ex. ob defectum fundi; Si vero restans subsidium singuli in dimensa parva quantitate solvant, Creverit illud ad tantam quantitatem ut debitum exigi possit facile, non negligitur ipsa Charitate pietas que ergo Matrem Provinciam exigit ut quicquid hic parvo succurat ut inde facta collectio magnum debitum faciat. Sed hæc perpendendum habent restantes Patres in omnibus quod non sint contradictionem et Regulam obediendum esse Superiorisque Superiorum obtemperandum. Id quod quomodo Confratribus per concernentibus Superiores scire in evidenti cupiat, et restantiam abs ipsis exolutam sint etiam Clericum quanti indomas Schiz vel pro futuro Anno clericali Anticipato vel mihi vel Superiori Instituti pro tot dom modo erit ad Ministrare Ordine.

2do Der Vulgatum esse per Provinciam non debito Reuentissimi Domini Archiepiscopi

Transylvaniæ longe Colendissimi Zelum, quo non tantum Presbiteros Seculares, sed etiam Religiosos Patres hujus Provinciæ doctos, sinceque piè vivere, et Animarum curam animarum, ubi necessitas tulerit, idoneos reperiri cupiat; Unde omnibus tam Superioribus quam Subditis non tantum Administratoribus, et Capellanis curatis, sed etiam aliis cujuscunque status, et conditionis nostræ obedientiæ Subjectis diligentem, assiduamque lectionem præsertim Theologiæ Moralis, ac Religiosæ disciplinæ erga Deum pietatem exemplaremque vitam admodum commendo, Ne si negligentiores scientiam repellamur a Deo per ejus Antistitem quo minus Sacerdotio fungamur Ex. Nec, si hujusmodi fuerimus evomemur ex ore Dei qui omnia per R. P. P. superiores singulis sibi subordinatis publicanda, profectui referenda tum diligenter promovenda vobis curæ sacris omnium precibus enixe commendatus permanet.

Ad Clerum Dioc. et R. R. Patrum Utrorum.

Saxopoli 16a 8bris.
1820

Humillis in Xto Servus
P. Raphael Andrasi mpa
Minister Provis.

Adm RR. et RP. PP. Locorum Superiores Colendissimi

Cum Excellentissimus Dominus M. hujus Dioecesis Episcopus Transylvaniæ Ejusdemque longe Colendissimus gratissimæ mihi intimare dignatus sit eam immunitatem, qua ad hoc usque tempus Illustrissimo Favore intuitu Commercii Litterarum in Negotiis Religionariis, Elemosynariis, et Fundationalibus gavisus quevis cessat ipso, solumque post hac Titulum in Litterariis a Sabenda

posse

Posse. Seu publici cursoris Portorio Litteras immunes redditurum fore; in Signatam Gratiosi Regiminis Intimationem omnibus Urbis Provinciæ Regnique Almariæ Balaxendo sequentia Prælandatus Excellentissimus Dominus Edoardus Balzem promittere dignatur se omnes Litteras ad Sua Cancellaria expedienda, et Publici cursoris commissendas debitis iis, quæ in Litterarias Objectis exarabuntur, præstiturum. Ex adverso.

2do Gratiosi dignatus jubere Litteras ad Nobis ad Suam Excellentiam dirigendas, non Publici cursoris; Ad alios Subiti Experiendis occasionibus, Laudendas, Sic que ad Excellentiam Suam provenendas esse, Nec non Litterarium Objectum complere queunt. Unde.

3tio Præfectus Gymnasii Nobis concredit, et Directore Scholarum ad Excellentissimum Dominum Broschen, quem Supremum per Transylvaniam Catholicarum Scholarum Virtute Decreti Augustissimi constitutum, in Splendidissimum hac munus die 25a Mensis, et Anni curantis Solemniter Inauguratum hisce denuncio, Officiosas Relationes Medio Publici cursoris Sub Titulo Gratiosi Litterarium præstabunt, Maxima tamen cum Vigilantia, atque prudentia, Re quid Relationibus Reflexionibus vel Informationi adjicialis Solitis inseratur, vel quod Nobis Provinciæ prædictum esse cupio Præfectum, et Directorem Scholarum admodum, quod esse cupio

4to Intimatum ipsum Nobis Summum Reverendum Patrem Abbatem Blasiensem, et Capitulum non curabat, qui Dispensationis abhinendæ, Honorumque Regnicolarum Animarum Curam gratiosi Regiminis Intimatione Sua Excellentiam Suam immediate et copulum Episcopum

et debent, et possunt; ita tamen Regius eorum falso sibi persuadeat se propterea, quod Regis sit, a obedientia Religiosis superioribus, debita, et subordinatione Religiosa eximendum esse. Demum.

5º Quod ad Religiosa Abbatia Jus mediatum ad Archiepiscopum Ordinarium Diocesanum in provisionalibus Constitutionibus prohibitum, et a Sua Sanctitate Excellentia Probatum in memoriam revocet omnibus quibus Almo Regius Provinciae Archiduces aujusque gradus officio sint, ad temeraria ausa coercendos, et coercendas multa Mala Provinciam minantia, per Virtutem salutaris obedientiae praecipiat, et consuetudinem Scholarum debeant quae Juventutis Religiosae, vel ad talem ex ipsis Provinciam pertineat. Seu Regio Gubernio sive R. Archiepiscopo Ordinario absque sibi et praedicto Archiepiscopo Domino Ordinario absque sibi et praedicto confessu superiorum Majorum, respective praesumptione subsistendi adhibet, Ad Caput agnoscat eiusdem Subsistendi adhibet, Ad Caput agnoscat eiusdem limites continentes, quis enim defectus correctam esse obligationem Capitis et Membra influendi, aequa regendi, et Membrorum Capitis obtemperandi, et a Nutu ejus pendendi? Divino novos et Fatale Christi omne Regnum in se divisum desolandum subvertendumque

6º Hac occasione iterum Balneae Pontes vota et R.P. Administratores, ac Capitana et Actuales vel praeteritas ad hue desiantes, et R.P. R.P. Lectores Superiores in tuitu subsidii in actionem Institut. Coralinensis Primendi; Gratiamus saltem per pia Acta illud Administrandi obligationi cludant; quem ad modum etiam Testatores sua suorumque subditorum precium Mihi transponere juxta Determi-

Determinationem Consultoris Anno 1819 factam et per Almam Provinciam publicatam. Celebrem Capitulum Provinciale Novi Anni electionem felicissime cum quo plurimum animorum gaudium omnibus et animo, concordi patrum deprecemur, votumque, ut Civitatis res Ipse omnibus Rebus excedentibus, protegat, conservantur, tum diligenter promoveantur, sacerdotibus commendatus diversa dilectione per fervero.

Ad Reverendarum et R. P. D. Provinciam
Claudiopoli 13 Januarij
1821

humillimus in Christo servus
P. Raphael Strada
Minister Provincialis.

Admodum Reverende Pater Guardiane
Mihi Sing colendissime!

Gratiosam Exclm. D. Rectoris ordinationem
in sequentibus communico:

2128/822 Reverendissime Domine &c!

Liber precum in Statutis promissus sub Rectoratu, quia tamen usq Novum Annum imminentem laborem minaret, et distributis fieri vix poterit; Secunda Septembris Januarij Lectio solummodo Novi Foederis Sacrorum Librorum Libris prosectis in Statutis prescripta inchoetur, actibus Fidei, Spei, et Charitatis simul ad Calcem Libri Evangeliorum ingressis habentur promissis, et Symbolo Apostolorum, Oratione Dominica, Salutatione Angelica, atq aliis, quo Statutorum P. 2. Sect. 3. T. 1. d &c

censen

omnes prosequimur, in compertis redegimus, non utique eo consilio, ut vobis imponere jugum gravissimum videamur, cui sustinendo humeri vestri pares non sint, sed ad proponendas duntaxat easque magis necessarias Ordinis leges ac seraphico Regulæ profitendas magis ac magis illustranda ac ad vestram pietatem, et spiritum excitandum accepta magis ac magis illustranda ac ad vestram pietatem, et spiritum excitandum accepta magis ac magis illustranda ac ad vestram pietatem, et spiritum excitandum in Regulæ, quam professi sumus, exactissima Observantia. Ergo si spiritum vivimus, spiritu & ambulemus non inanis gloriæ cupidi invicem provocantes invicem invidentes. sed induite vos sicut electi DEI Sancti, & dilecti viscera miserîcordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes invicem, si quis adversus aliquem habet querelam, sicut & Dominus donavit vobis, ità & vos: super autem hæc Charitatem habentes, quod est vinculum perfectionis. Interea autem crebras, et fervidas ad DEUM fundite prolongeva ac prospera SSmi Dni Nostri Clementis XIII. de Religione nostra in primis propemodum titulis optimè meriti incolumitate, felici Catholicæ Ecclesiæ incremento, pro Christianorum principum pace, et concordia, pro totius Ordinis nostri conservatione, augmento, pro Eminentissimo Cardinali Protectore nostro vigilantissimo, ac pro nobis tandem, qui vobis omnibus peramantes impertimur seraphicam, et paternam Benedictionem.

Datum Romæ ex Ara-Coeli, die 4. 8bris. 1762.

Fr. Petrus Joannetius de Molina
Minister Gralis.

L.S.

De mandato Rmi in Christo Patris.
Fr. Carolus Bonaventura de Roveredo
Secret. Gen. Ord.

Dum autem hortam salubria, tamque sancta Rmi Patris nostri Ministri Gralis sensa in literis mox relatis expressa vobis aperimus, quo circa nostram quoque imbecillitatem Divini Numinis magnalia declarata sunt, dicique occasione Vobis commemorare haud piget, illustrissimum, tam esse omnibus atque singulis jam fidem compertam esse minimè dubitemus, Nostri siquidem Patres, Fratresque mei in Xto Dilectissimi, in jam memorato Capitulo Gradi Marinensi celebrato, DEO, qui lucet in orbe terrarum, quique in prima eligit, ut fortia quæque confundat, ità planè disponente ipsomet Sacro Penitentiæ Die obtigisse, ut nos in Comitatu Gralem hujusce Cismontanæ Familiæ Procuratorem nostrum, et omnium expectationem ritè, atque Canonicè omnibus fere suffragiis eligeremus.

Quam ipsam propterea electionem nostram Vobis significare muneris nostri ratio omnino exigebat, ut quem habeat hæc Cismontana Familia non tam Superiorem quam Administrum, et Servum unusquisque intelligat. Superest modò, ut quod à prælaudato Rmo P. N. Ministro Gradi Vobis injungetur, fidelissimè adimpleatis. nostram deinceps mentem quoad reliqua, quæ Vos propius respiciunt quoque à vobis fieri, et observari cupimus, per novas literas prope diem expediendas habituri. Interim verò maximam concrediti à DEO muneris difficultatem probè intelligentes

gentes, nostrosq; infirmitatis optimè conscii rogamus vos omnes, et obtestamur, ut ferventissimas Vestras preces ad DEUM Luminum Patrem pro nobis jugiter effundatis, ut Nos interius ità colluceat, dirigat, atque inflammet, ut, quo majorem Jesus Gloriam, verum Familiæ nostræ decus, Vestrisq; omnium solidam felicitatem spectant, pervidere, statuere, ac magis, magisq; confirmare nullo non tempore valeamus. Nos autem Superam Vobis Benedictionem, et Cœlestis gratiæ abundantiam quotidie precamur. Datum Romæ ex nostro Conobio Ara-Cœli die 20. 8bris. 1767.

Frater Paschalis à Varisio
Comissarius Generalis.

L. S.

De Mandato Ejus in Christo Patris
Fr. Carolus Antonius à Samorlevo
Secretarius Generalis.

Has Encyclicas suis veris Originalibus conformes esse testor
Fr. Verantius Ferenzi q. t. Amanuensis

mpp

Fr Paschalis à Varisio Ord. Min. S. P. N. Francisci Lector Emeritus, et in tota Cismontana Familia tam Observ. quàm Reform. et Conceptionistarum Commissarius Generalis, Visitator, ac Reformator Apostolicus et Servus.

Dilectis in Christo Universis Patribus, Fratribus, Monialibus, Superioribus, ac Subditis Curæ, et Jurisdictioni nostræ subjectis, Salutem, plenámque in Spiritu Sancto Consolationem.

Tristissimum Nuncium hoc libro Vobis afferunt. Eminentissimus, ac Reverendissimus Princeps Hieronymus Columna S. R. E. Cardinalis, Camerarius, ac Universi Seraphici Ordinis nostri

nostri a quo S. Sedem Protector a rarissimus, multiplici, difficilique morbo,
Qui Renibus, atque Intestinis pertinaciter laborans, omnem Medicorum artem
eluserit, 4° abhinc Die in medio rerum Vitae cursu, Debito humanis rebus fato
facturam tantam, tamque proximam, quo ipsa Regiminis nostri exordia fuerat vita,
non nostri tantum moestitia, ipsius Squallor Universi Sodalitii plane consequatus
protect. Amissus quippe Patronum sua gereris caritate, Familiis potentia,
authoritate, et gratia vere magnum. Ille a teneris usque annis, omnibus benevo-
lentiae documentis, Homines nostros, pro Egregia in Sanctissimum Parentem Fran-
cisum pietate, prosecutus est: quos Nobilissimo domus sue Minoriticis in auxilium
Fortunas in profidium, Beneficia in obsequium conferre magnopere gaudebat.
Protector denique a Benedicto XIV. toti Ordini Nostro veluti donum datus,
Memoriis, quam integerrime, ad exactam Innocentianae Sanctionis
Romam, quam strenue fortiterque adjura nostra tum defendenda, si
quando opus erat, Operam, studiumque navavit. Sane quod per tria ferme
Lustra quo tempore Rebus nostris patrocinatus est, multa quidem Ornamenta,
et commoda Sodalitio Nostro accesserint, nihil autem veteris Splendoris, nihil pro-
galivatu, quo antea tam crebro, tam aciter impugnabatur, defecerit, Domine Hie-
ronymo Columna, Cardinali amplissimo, acceptum referre debemus. Quot ille
providentia sua impendentes nobis procellas dissipavit? Quot Injurias pro-
pulsavit? Quam bene semper de Republica Franciscana meritus est?
Vastissimam hanc Familiam, cum eadem nihil quandoque sentiret, nihilque
optimus Cardinalis agere videretur, una Nominis magnitudine, atque
authoritate tantum juvabat in Aula, tantum luebatur in
Curia, quantum officiis alii Optimates impensis, curisque innumeris, vix,
ac ne vix quidem nobis proficere potuissent.

Nec minus intemo Ordinis huius, cujus erat a Patrocinio, Politio, Regulari
Disciplinae quam restituendo, quam conservando studuit. In quo quidem
privatorum commoda nunquam communi Bono anteposuit: nunquam modera-
torum ac Magistratuum potestatem labefactavit: Candidatorum electiones
integre, salvoque suffragionum semper libertati reliquit, Illius frequenter
sermone usurpando, seron adturbandam privatis studiis suis Minoriticam
Societatem, sed in adversis protegendam, in prosperis coronestandam fuisse
designabat.

Quorum itaque adeo Insigni, proclarissimoque Protectore orbati fuerimus,
est profecto, ut Familia nostra Universa non tam flendi luctus, et moeroris
vicem lamentari suam, quam grati, religiosique animi declaratione
dignissimis illis Manibus Justa persolvere videatur. Quare publica in-
dicimus Vobis Parentalia Christianoque ritu sacra, Illi forta sse non
necessaria, sed tamen debita, atque in unoquoque Conventu Fres con-
sequentes Dies sacro solemni, et Officio, ut Vocant, Defunctorum alter-
natim peragendo, a Fratribus cunctis exequias celebrari.

A Sacerdotibus

A Sacerdotibus vero seorsim Sacrificia, à Clericis, Laicisque, et Monialibus Quibusvis Jurisdictioni nostro subjectis, statas pro modo sic præstanti Patroni animo omnino reddi ad prescriptum Constitutionis nostræ præcipimus et mandamus. Reliquum est, ut à DEO supplices petatis diuturnam Clementis XIII. Summi Pontificis incolumitatem, à quo hoc Vobis exactandum est, ut pro ea charitate, ac Clementia, qua omnes, et Nos Quidem semper complexus est humanissimè, eum Ordini nostro concedat S. R. E. Cardinalem, Protectorem, Qui damnum, quod multò gravissimum fecimus in Obitu Principis Eminentissimi Hieronymi Columnæ non extenuaturus modò sit Beneficentia suâ, sed planè obliteraturus. Valete. Seraphicam vobis amantissimè impertimur Benedictionem.

Datum Romæ ex nostro Aracoelitano Conobio, XI. Calend. Febr. 1763.

Fr Paschalis à Varisio.
Comissrig Gnlis.

De mandato. Rvdssmi in Xto Patris
Fr Carolg Antonig à Samorlevo Secretarig Gnlis.

Concordat cum suo Originali de verbo ad verbum. ita est
Fr. Venantig Ferentzi. p.t. Amanuensis. Mpa

+

Fr. Paschalis à Varisio
Ordinis Minor. S.P.N. Francisci Lector Emeritus, et in tota Cismontana
Familia tam Observantium, quàm Reformatorum, et Conceptionistarum,
Commissarius Curiæ, ac Reformator Apostolicus, et Servus.

Dilectis in Xto universis Patribus, et Fratribus, Superioribus et Subditis,
curæ, et Jurisdictioni Nostræ subjectis salutem, plenamque in Spiritu
Sancto Consolationem.

Officij nostri ratio postulat, ut quod Superiori Mense decretum à S. Con-
gregatione negotijs, et consultationibus Episcoporum, et Regularium
propositæ gravissimè sancitum ac per authenticum exemplar nuper
ferius ad nos delatum est, illud nulla mora vobis annunciemus,
cujus planè tenor est hujusmodi:

Cùm ad notitiam Sacræ Congregationis negotijs, et consultationibus Episco-
porum, et Regularium propositæ pervenerit, quod in pluribus Virorum Re-
gularium Cœnobijs et præsertim in Picena Provincia, abusus irrepse-
rit, introducendi Mulieres intra septa Clausti Clausuræ ad effectum
componendi cœmenta occasione fabricæ vel alia pergendi laboris tic
maximo cum Religiosorum periculo, piorumque admiratione, et sæcula-
rium scandalo; Voluit propterea eadem Sacra Congregatio hujusmodi per-
niciosum prorsùs eliminare abusum, ideoque decrevit, ac declaravit=
nem licere in Clausuram Regularium ubique locorum existentium
introducere fœminas, nec sub prætextu Cohortationis, et Servitij præ-
standi Cœmentarijs, sub pœnis latæ contra violantes clausuram,
idque omnibus Ordinum Superioribus notificari mandavit Roma
13. Julij 1624.

Quandoquidem verò Sacræ Congregationis authoritas, et mandatum
tantum quod potissimum ad Regularis Disciplinæ caput spectat maxi-
mopere perurgent, districtè præcipimus RRPP. Ministris, ut præsen-
tes has nostras cum inserto Decreto in singulis Provinciarum Conventibus
linguâ latinâ, quâ scripta sunt, et vernacula, quam pro Laicorum
intelligentia transferantur, promptè fidelitèque Superioribus
Localibus, cunctisque Subditis collegialiter congregatis legantur
et promulgentur, earumque exemplar in unoquoque tum Provinciæ
tum Conventuum nostrorum Archivio servetur, ne quis Decreti prædicti
prædicti ignorantiam causari aliquando præsumat. Porrò à RR. Patribus
Ministris id expectamus, ut de hac nostrarum perceptione, promulgatione
et executione quàm primùm certiores nos faciant. Hæc sunt quæ vos
monere oportebat. (De cætero Fratres quæcunque sunt vera quæcunque
pudica, quæcunque justa, quæcunque sancta, quæcunque amabilia, quæ
eunque bona fama, si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc agite cogita-
te. Perfecti estote, exhortamini, idem sapite, pacem habete

Et Deus Pacis erit vobiscum, à quo plenissimam vobis omnibus ad-precamur Benedictionem

Dat. Romæ ex nostro Hospitio Cœnobii VII Kal. Septembris 1764.

Fr. Paschalis à Vanisio
Commissarius Grlis

De mandato Rmi in X. Postis
Fr. Antonius à Fundo
Secretar. Grlis

Fr. Paschalis à Vanisio Ord. Rmi S.P.N. Francisci Lector Emeritus, et in tota Cismontana Familia tam Observantium, quàm Reformatorum, et Conceptionistarum Commiss. Grlis, et Servus.

Universis in Christo dilectis Patribus, Fratribusque tam Superioribus quàm Subditis jurisdictioni nostræ subjectis Salutem, plenamque in Spiritu Sancto Consolationem.

Tempore ac electione tenuitatis nostræ in Cismontana hujus Minorum Familia Commissarium Generlem ad triennij finem vergente, terminum quoque Officij nostri, et Successoris electionem instare neminem latere existimamus, quod ut ad præscriptum Constitutionum reipsa compleatur opere, Noster Rdissus Pater totius Ordinis S.P.N. Francisci Minister Generlis vigilantissimus in id rei Encyclicas ad nos dedit, quas fideliter pro Muneris nostri debito vobis notas facimus, quæ sunt de quarum tenoris:

Fr. Petrus Joannetius de Molina Theologiæ Lector Catholicæ Majestatis in Regali congressu Matritensi pro Immaculata Conceptione Theologus, ac totius Ordinis Minorum iterato Minister Grlis Commissarius Visitator Apostolicus et Servus.

Universis in Christo Jesu dilectissimis Fratribus, ac Sororibus tam Superioribus quàm Subditis nostræ obedientiæ in tota Familia ultramontana concessis Salutem et Seraphicam Benedictionem.

Congregationem Generalem intermediam nostræ Ultramontanæ Familiæ post triennij ab ultimo Capitulo Generali decursum in proximo imminentem ac in Vigilia Pentecostes Anni Millesimi septingentesimi Sexagesimi quarti die vigesimâ 9tâ Mensis Maij in Italia et in nostro Conventu S.P.N. Francisci Montis Alvernæ ad tenorem Apostolicarum et Generalium nostri Ordinis Constitutionum aspirante Patre Luminum sub nostra assistentia, et præsentia vel etiam delegati nostri, quandò legitimo impedimento detenti fuerimus celebrandam vobis omnibus per præsentes notam facimus et prout Pastoralis Officij nostri cura exigit indicamus et publicamus, atque ad ejus Canonicam et legitimam celebrationem, ac electionem, præsertim omnipatrij Grlis, et juxta peculiarem Unionis Bullam harum Serie, et ad præscriptum Statuti Grlis Romani de Ao. 1676. convocamus Patres omnes

Quibus Jus est in ipsa Gli congregatione Suffragium ferre videlicet Rdissi-
mum Patrem Frem Generalem à Reverendo Ex.mo Ministrum Gli Rdissimum
Patrem Comissarium Generalem Familiæ PP. Rdos PP. Comissarium Curiæ Gene-
ralem Procuratorem Generalem Reformator. Definitores Generales Ordinis,
Familiæ Ultramontanæ tam Observantes quam Reformatos, præcipientes
omnibus et singulis per Sanctam obedientiam, et sub pœnis in nostris Constitu-
tionibus generalibus contentis quatenus opportune tempore ad dem pala-
xum, Vigiliam semper Ascensionis Dni die 15tâ mensis Maji ejusdem
sequentis Anni 1765. in prefata Nra Conventu Montis Alvernie pre-
sentialiter compareant, Universa et realis Causa tepimonijs sive Regis
robrata, et à Definitorij Patribus approbata Cujusmodi accessum
excuset impediatque. Vocabus præterea hujusmodi strictè mandamus
sub pœnis arbitrijs nostro injiendis, ut non missionem dantaxas socium
eorum quisque secum ducat, et si expensa aliqua in itinere ex necessitate
faciendæ sint, Tertiarium etiam deferre possint, qui Syndici Apostolici
vices gerat, et ipsius nomine expensas præditas meto inevitabiles
faciat Supradictosque omnes, in Dno monemus, et pro muneris nostri debito
hortamur, ut euntes, et redeuntes cum exemplari modestia, religiosa compos-
tione, et gravitate se gerant sicut decet Sancti Patris filios. Sanctæ humilita-
tis, altissimæque paupertatis professores. Præcipientes insuper sub pœna
Apostasiæ ipso facto incurrenda aliisque arbitrarijs, ne præter Patres Supradictos
cum suis socijs, et eos, quibus à nobis aut Delegato Nostro concessa fuerit licentia
specialis, ullas sub quovis pretextu, aut præsumpto colore ad præfatam Gene-
ralem congregationem accedere aut ad hunc effectum è propria Provincia
exire audeat aut præsumat. Ministris autem Provincialibus, et Custodibus in-
jungimus, ut si quid dignum aut commendabile, vel etiam necessarie provi-
dum, aut reformandum cognoverint in propriis respective Provincijs aut
Custodijs illud Definitorio Suo Nationali commendent vel ad Generalem Congre-
gationem transmittant. Denique ut à D.O.M. Bonorum omnium Largitore
actionum nostrarum directionem et felicem agendorum successum impetrare
valeamus, his nostris Encyclicis litteris acceptis ac singulis in Provin-
cijs Prefatæ Ultramontanæ Familiæ earumque Comunitatibus solemniter
promulgatis, preces ad Deum fervidè et missis ter fundantur, et à Pascha
Resurrectionis Dnici Supradicti Anni usque ad diem Electionis faciendæ quali-
bet quinta feria solemni Festo non impedita in singulis Conventibus Missa de
Spiritu Sancto ac de Evangelio in Missis privatis à Sacerdotibus celebretur, in Choro post Matutinum Vesperæ et Missam Conventualem seu majo-
rem, dicatur Hymnus Veni Creator Spiritus cum Antiphonis et orationibus de
Spiritu Sancto, de Immaculata Conceptione B.V. Maria, et de S.P.N. Francisco.
Ab Ascensione autem Dni, usque ad prædictum Pentecostes Festum exclusivè per
Ecclesias, et claustra solemnes fiant Processiones, in quibus Litaniæ Sanctorum
cum precibus, orationibus, decantentur, in ipsaque Vigilia Pentecostes Religiosi
omnes, peccata sua devotè confiteantur, quivis Patres Confessarij, auctoritate nostra

Auctoritate nostrâ, ipsis per presentes concessâ, ab omnibus casibus, et Censuris, nobis reservatis absolvere valeant, Sacerdotes celebrent, et alij SS. Synaxin devotè sumant, summo manè Sacrum etiam de Spiritu Sancto solemniter decantetur, pietatque processio ut supra. In quibus Religiosi singuli ad Deum pias preces effundere curent pro incolumitate Sanctissimi Domini Nostri Clementis Papæ XIII, Sanctæ Rom. Catholicæ Ecclesiæ exaltatione, hæresum extirpatione, et Christianorum Principum pace. Meminerint Sint Eminentissimi Dni Nostri Cardinalis Torregiani, totius ordinis nostri Protectoris vigilantissimi, et illorum in super, quibus nos, et nostra Religio Patrocinij, munificentiæ, et beneficij jure astringimur. Summam item, atque ingressum bonitatem enixe, et devotè exorantes, ut quæ agenda sunt, ad sui laudem, et honorem, ad nostri Ordinis incrementum, animarum salutem, totius Ecclesiæ Sanctæ utilitatem, et profectum cedant, ut ea præveniendo aspiret, et adjuvando prosequatur.

Cæterum valete omnes, et in timore Domini permanere vos cupimus, et verba S. P. N. Francisci usurpantes precamur, ut Patris vos adjuvet potentia, Filij vos dirigat sapientia, et Spiritus Sancti vos protegat Clementia. Amen. Datum in hoc Nro Conventu Villæ Regalis 13tia 7bris Anni 1764.

Fr. Petrus Joannetius De Molina Mr. Gnlis

Cst

D. Mandt Rdissimi P. Patris
Fr. Josephus Barini
Secretarius Gnlis ordinis

Denique exacte earum observantiæ quam nos quoque serio præcipimus certiores fieri volumus, omnium vestrum sapiens Deum precibus exire nos commendamus, ut Pater Misericordiarum, ea quæ in exercendo Superioris munere, pro conditione fragilitatis humanæ peccavimus, pro sua Clementia in hoc sæculo indulgeat, ne in futuro duram judicium subire contingat. De cæteris fratres in pacis dilecti grémad modum à prima die, qua ex hoc subtraximus utiliterum quæ minus communicaremus vobis quæ ad Regulæ, et Constitutionum observantiam, et commune bonum spectare cognovimus, et per triennium non cessavimus monere unumquemque vestrum, ita et sub finem cuncta Paterno affectu revolventes commendamus vos Deo, et Verbo ipsius, qui potens est dare, et ædificare in sanctificatis omnibus, vos iteratis vicibus obsecrantes, ut declinetis eos, qui dissensiones, et offendicula, præter doctrinam quam didicistis faciunt. Gaudete et perfecti este exhortamini, idem sapite, et Deus pacis et dilectionis erit in vobis. Salutate invicem in osculo sancto et gratia Dni N. J. Xti et charitas Dei et communicatio Spiritus Sit cum omnibus vobis.

Datæ Rom. in hoc Nro Aracœlitano Conventu die 12ma Novbris 1764.

Fr. Paschalis a Vasio
Commissarius Generalis.

De mandato Reverendissimi in Christo Patris
Fr. Antonini a Fundo,
Secretarius Generalis.

Fr. Joseph Maria de Sedano, Ord. Min. S. P. N. Francisci, Sacrae Jubilatus, et in universa Germaniana Familia tum Observantium, tum Reformatorum et Conceptionistarum Commissarius Generalis, et Servus.

Dilectissimis per universum Superioribus, et Subditis quibuscumque ac quacumque dictionibus nostrae subjectis Salutem, et Pacem in eo, qui est vera Salus et Pax.

Cum in administratione ex Francisceae publicae nihil aptius Sanctissimus Pater Noster Joannes de Osma totius Christi Ecclesiae Generalis haec tenus fuerit, cognitionesque contulit, ut Divinarum omnium, Humanarumque Legum vis, Sanctitas, ac Severitas, Majorum Nostrorumque Institutis accepta in Fratribus universo per Germaniae Provincias, tum in praesentia Fratribus ejusdem Sacrae Germaniae Provinciae, ubi ad hanc Germaniam Seminam appellisset, de quorundam Fratrum Regulae Franciscanae Transgressoribus, sine mala vel occurrat, vel minori e vestigio constituit. Quam in rem praesignam ex Urbe, quod felix faustumque sit, in Hispaniam reverterentur Encyclicas has Literas, argumentum conversae suae sollicitudinis Pastoralis, ac Zelum recens Fraternae Amoris, Studiique sui Vos tandem in cunctis Germaniae Provinciis, nobis reddidit evulgandas. Ea autem sunt Jugiter modi:

Fr. Petrus Franciscus de Osma, Sacrae Theologiae antiquus Lector, Catholicae Cathedrae in Regali Matritensi Congressus pro Immaculata Virginis Conceptione Theologus, et Totius Ordinis Fratrum Minor. iterato Ministr. Generalis, Commissarius, Visitator Apostolicus, et Supremus in Hac Sede Servus.

Dilectis in Christo universis Patribus et Fratribus, Superioribus, ac Subditis Fratres nostrae Germaniae Familiae Salutem et Pacem in Christo Jesu Domino nostro!

Quod jam dudum cum primo Ordinis Nostri Supremo Ministerio fungeremur, datis ad universam Fraternam Familiam Encyclicis Literis contra Vitiorum Fraudatores praecepimus, idipsum hoc nostro tempore pro nostri Pastoralis muneris

cura ad Vos, Patres, fratresque dilectissimi scribendum decrevimus, sperantes futurum, ut quemadmodum priores illas literas, ita et nostras debito obsequio Fraternitas excipiat, magnum familiae Dei, utilitatem consequatur. Cum enim Nos, ad postulantis Officii nostri rationem, habeamus generalis congregationis causa in Sancta Romana familiam Christianam, quibus Regum, aliorumque Principum Supremorum Ministri apud Nos gravitate congruit sunt, nonnullos esse, quamplures Vos, quidem, nostri Ordinis alumnos, qui Vectigalia seu Gabellas, ut vocant, fraudare quandoque non vereantur. Ira ex re, quantum ipse cepimus animo dolorem, verbis plane explicare non possumus, praedictorum Fratrum inconsiderantiam deplorantes, qui quo Fraterni generis se obstringant, quam id faciunt Minoritae potissimum dedeceat, quod denique in diserimen se, sodalitiique sui commoda adducant, non satis advertunt. Ac primum si qui sint, qui existimant non debere subditos in conscientia Vectigalia, tributa, Gabellas solvere, ne illi gravissimo, extitialique in exercendo versantur. Quamvis tributorum Leges licet sine ulla exceptione, limitationeque, quemadmodum coeterae, sint a Legitimis Principibus latae, negligi nullomodo sine culpae reatu possint, jam nullae erunt, quae subditorum conscientias obligent. Violet Lex, omnisque proinde interna earum vis extinguatur, atque intereat, necesse est. Quam stultam pervertendam e Christianorum mentibus convulserunt Ecclesiae Doctores Sanctissimi disserte inquiebat ad Romanos scribens: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Cujus rei rationem afferens: Non est enim, subdit, potestas nisi a Deo, quae autem sunt, a Deo ordinatae sunt; itaque qui resistit ipsi, Dei ordinationi resistit. qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Hic tandem concludens, ideo ait, necessitate subditi esse, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Quo simul in loco Beatus Apostolus illorum Vitupex praedicasse vocem, qui tributorum Legem ita praevalere autumant, ut Dominis quidem conscientiam obliget, sed ad petendum tantummodo post Sententiam judicii; idque ex eo putant confirmari posse, quod Lex eadem disserte non jubeat ut tributum, nulla expectata petitione, pendatur; sed splendide falluntur, nam culpam Paulus conjungit cum poena inquiens: Non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Ac perfectam ut perfectam subjectionem atque obedientiam, quae omnem limitandi, cavillandique artem ignoret. Sed ad tributorum denique solutionem nominatim descendens, sane pertinere insuper ad justitiam docet, quae quin obliget in conscientia, esto debitum non petatur, nemini dubium est, etenim postquam praecepit Apostolus, ut fideles subditi potestatibus sint, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam; hic vestigio subjicit: Ideo enim et tributa praestatis: Ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum servientes. Minimum Principes Supremi Ministerio Dei fungentur in terris, suam omnem operam, laborem, vigilias, facultates opes in politicum Reipublicae regimen, ubilibet impendentes. Quamobrem justitiae, quae commutativa dicitur, postulat ratio, ut iis praestentur tributa, velut stipendium, ac patrimonium, quae ex ipsi tanquam divini operarii mercede sua sustentari decenter, tueriqz dignitatem suam, et quae ad Reipublicae commoda, splendorem, incolumitatem spectant procurare

postint, instaurare pontes, reficere vias, armatam, qua in Urbe, qua in agris fabre manu
ad vitæ ac fortunarum ultimi cujusque custodiam, et quod caput est, militem alere, præpa-
rare stipium, aliaq; communire loca, cetteraq; publicæ securitatis subsidia comparare,
quibus non calamitate tolim, sed calamitatis iram præmidere liberali pace in otio cum dignita-
te, in negotio sine periculo vitam tradunt. Quare ibidem institutum Symonem de subjectione
Principibus quibuslibet debita absolvere parbat. Reddite ergo, exclamat, omnibus debita, cui tri-
butum, tributum, cui Vectigal, vectigal. Negare vero aliud proclamare poterat Deus, quando
Judex vivorum et mortuorum, Religionis nostræ et salutis auctor præcepit. Scribis dicitum
et tributum decernisset Verbis, et hoc etiam exemplo docuisset; cum enim sibi aprid Matthæum de-
beri jussit de ferro Petri solvendo à Pharisæorum discipulis proponeretur quæstio, Reddite, inquit
quæ sunt Cæsaris, Cæsari, et quæ sunt Dei, Deo. Atque ut hoc in re, sicut in religionis omnibus, ce-
teris obtinere suis suo antiquet exemplo, voluit quoque ad id præstandum suam omnipotentiam ad-
stipulari; quando quidem cum Pharisæi Capharnaum, ut haberet unde didrachme penderet, sta-
teram ex piscis ore jussit Petrum accipere, quo tributum utriusque nomine persolveretur.
Quod cum ita sit, unusquisque Vestrum dubio procul intelligit, quam graves culpæ teneam,
qui subjectionem Principum sanctionibus debitam violantes, sancta justitiæ convulcantes jura,
districtissimum Domini contemnentes præceptum, Regio ærario detrimentum inferunt, tot Princi-
bus subjectos proventus, quos ipsis à subditis propriis ad publicorum onerum, quæ assidue
sustinent, compensationem, ad publicæ rei custodiam, ad subditorum communem salutem, et tranquilli-
tatem jure optimo expectant. Quanto porro detestabilius vitium hoc est, patres, fratresq; charis-
simi in Franciscana Ordinis alumno, si quis est hoc culpæ genus exercitus, qui profectionis gradum,
cæq; Apostolica vivendi ratione factum ipsum Beato Francisco duce segui se gloriatur, præsertimque
ipsius in hoc vestigiis, præsertim cum in eo ejus turpitudo facinoris infando ingrati animi vi-
tio cumuletur? nemo certe Vestrum ignorat, quam benevolentiam Principes quique ante pieta-
tis non minus, quam munificentiæ Sanctos in nostrates indefinitas contulerint, quibus non libe-
ritas exemerint, quibus privilegia ac exemptiones auxerint, quot denique, quamq; insignibus
vectigalibus, quæ ex terra, vino, frumento, oleo, ceteriq; quæ ad victum cultumq;, ad victum,
ad vitæ necessaria attinent, capiuntur, munera redundarint. Quapropter immane quoddam
virtutis monstrum putandum est, à quibus tot eximiæ charitatis significationibus devinci hu-
manum, ac dememinimus in dicto, cui ipsis, eo ipso in genere detrimento esse, maleficio beneficium com-
mutare, ac detrimentum in dicto, cui ipsis, eo ipso in genere detrimento esse, maleficio beneficium com-
pensare. Etenim si, quod dixit Ambrosius: Gratiam hominis non referre inhumanum est, si-
ut erat apud veteres in ore omnium positum; dominis proprium est, ut in referenda gra-
tia fertiles invitetur agros, qui multo plura afferunt, quam acceperunt: non dominus profecto,
sed dominis externam dimittat speciem qui de terra dicendi in sunt, qui cum ratione nulla
gratiam referre nedum mercede cumulatiore possunt, eidem præterea cui habere salutem
gratiam debeant, damnum importare non dubitant. Nulla enim, sicut scite moz hic ajebat
Chrysostomus, intolerabilior contumelia, quam qua pro beneficiis exprobratur. Atque ex-
apud illos etiam homines, scriptores, quibus Christianæ sapientiæ lux nondum effulserat,
solo præcunte rationis lumine Philosophia habentur, solemne illud erat: ingrato ho-
minis pejus, nihil execrari terram, omniaq; maledicta uno ingrati hominis nomine con-
tineri. Quod si hæc omnia tanti ponderis apud inconsideratos fratres non essent, ut
eos valerent ab hoc fraudandorum vectigalium crimine avocare, deterrere saltem illos
deberet aspectus, præcultissimum urbis domicilium, cui septos primum, inumq; decus et no-
mine, tum sodalitatis hæc necessitas utilitatesq; obtinuerunt. Quamvis enim Regem Prin-
cipesque religio, pro sua, qua excellunt, pietate sapientiaq; æquum cum Chrysostomo

non putent esse, ob ingratitudinem grorundam fructuari curetos, attamen nostra-
res licti, & qui existunt Professionis hæ aliis immemores, quantum in ipsis est
de facie imprudentes agunt, ut optimorum Patientiam Primipuum extaxiant, fa-
miliaque nostra tot, quibus singulari eorum benefició fruimur, immunitatibq; potiemur.
Cui non plerorumq; gram, quam res omnibus de Sancto Supra gram dici potest, averta-
mus, occurrere, eamque penitus radicare, omni, qua licet ratione cupientes, pri-
mum Provincialibus Ministris, in Virtute S. obedientiæ præcipimus, ut in canonica,
quam grotannis obeunt seriobior Visitatione conscriptis religiosi mendicationum
capitibus præcipuum hoc de Vestigalium seu Gabellarum fraudatione adjungant,
diligentissimè inquirentes, num Patrum, vel Fratrum quispiam, id genus prava-
ricatores aut per scriptum committat, aut ad tale opera conferat, suam ju-
bendo, consulendo, consentiendo, vel fraudatores Sæculares in seriobis co-
cultando, aliaq; ratione hujusmodi; item ut in loci, quos crimine istius au-
ctores, seriobis complexerint graviter animadvertant, diligentiæ hæ in perqui-
rendo, severitatis in animadvertendo, rationem accuratissimè reddituri. In eos vero
Provinciarum Ministros, qui alterutra in re peccaverint, aut quod multo turpius
foret, et ipsi prævaricatores extiterint, ut ipso facto in pœnam suspensionis in-
cidant, volumus, et sancimus. Seriobiorum item Custodum et Præsidis, qui
aliquo modo ex prædictis deliquerint, in privationis Officij sui, Vocisq; activæ, et
passivæ pœnam ipso facto decernimus incursuros. Tandem Patribus ac Fra-
tribus omnibus, cujuscunq; demum conditionis existant, pœnam privationis
activæ Vocis, et passivæ ipso facto subeundam; pœnam quoque Laicis for-
malis arbitrio nostro, vel nostri Vicarii Patris Commissarii Generalis, per-
curaturam statuimus. Quamquam nos pœnas tales Patres Fratresq;
Dilectissimi, ut vulgaria infirmitatis humanæ imitamenta adscribendas
ducimus, pro cleri etiam dignitate essemus, ut hoc tantum mali, quod mali-
mopere nos Patres sollicitos, vel arceamus, vel saltem, vel saltem funditus convellatur.
Verum omnino confidimus, vos non servili metu, sed charitatis affectu, non timo-
re pœnæ, sed amore justitiæ, quod vere obedientis esse docet S. Gregorius Magnus,
Divinæ Juris potiori, quam nostræ voluntati obtemperaturos, neque commissum
ungnam, ut pœnis agere robustum cogamur; quos ut charissimos in Christo Jesu
Fratres in sinu gestamus, summaq; amplectimur benevolentia. Porro hæc sunt, quæ
Vos moneri oportebat, quorum plane memoria nē excidat, neve ignorantia ali-
quando obtendatur, mandamus Patribus Ministris, ut hæ nostræ Literæ in sin-
gulis Provinciarum conventibus Lingua Latina, qua scriptæ sunt, et vernacula, in
quam pro Fratrum Laicor intelligentia transferantur, promptè, distinctèq; super-
bus localibus, cunctisq; subditis collegialiter congregatis legantur, ac promulgentur,
earumq; exemplum in unoquoque tum Provinciarum, tum Conventuum Archi-
vio servetur. Quod superest, Deum Optimum Maximum, a quo est omne datum opti-
mum, et omne donum perfectum adhibitis precibus obtestamur, ut S. Pontificem
Maximum Clementem Decimumtertium de Re Christiana publica, deq; Ordine No-
stro optimè meritum diu in Petri Cathedra sospitet, ut Ecclesiæ unitate pacem et incre-
mentum, Principibus Regibus, Catholicis Christianis Provinciis concordiam et felicitatem,
Eminentissimo Cardinali Protectori Ordinis nostri Vigilantissimi dignam incolumitatem dignitati,
utq; uberrimos fructus misericordiæ suæ fontes nobis aperire dignetur, qui hoc tanto nostri Ordi-
nis decori magis proinde prominus, ac Romæ in Hispaniarum profectum revertens, Sanctitatem vestram
amantissimè imprecemur Benedictionem. Datum Romæ apud Aram-Cœli Die Novembris Anno MDCCLXV.

Fr. Petrus Joannetius de Molina.
Ministr. Generalis.

De mandato Admodum Rdi Patris
Fr. Franciscus à Fivizano, Secr. Generalis Ordinis.

Atque ideo sunt Patres, Fratres, in Dño dilecti Ministri Patris nostri Generalis sapientissima monita ac præcepta, quibus vti negligia turpitudineq; detecta, Vestrarum saluti animarum, Sodalitatis nostræ dignitati et commodis, privatis etiam ministeriorum rationibus prospicere satagit; videte autem, ne recusetis legendum, sed recte grassari facite pedibus vestris, ut non claudicans quis corret, magis autem sanetur; meritas si contra feceritis penas nobis plasoluturos; ac ne quis dicere forte literarum ignorationem obtendat atque ita vigilantiam nostram conetur eludere, volumus, ut quique Provinciarum Ministri de earundem tum receptione, tum promulgatione nos continuo certiores efficiant. Interea vero, quoniam dei nobis oblata opportunitas est, licet prudenti Vobis cognita, significandam tamen pro nostri officij ratione duximus electionem Nostram in Dñum Generalem Familiæ Moderatorem ac Ministrum quæ proxime Pentecosten in Sacro contigit celebrimo Monte; Deo quidem sic disponente, ut nos Beatissimus Patriarcha noster Franciscus Christi sanctissima Stigmata in suo corpore portanda præter expectationem acceperit; illic idem festo Christi Crucifixi, cuius nimirum memoratissimæ, gravissimæ, fieret super humeros nostros, nobis nihil hujusmodi cogitantibus de prænda triennio imponeretur. Quo nos repentino rebus subnixi rebus postquam remigravit animus jucundum Gloriæ exclamare cepimus apud Dominum: Dux imposuit homines super capita nostra; transivimus per ignem et aquam, quoniam ego concepi omnia hæc multitudinem, vel plenum eum, ut dicat mihi: Porta eos in diem tuo, sicuti portare solet nutrix infantulum, et defer in terram, pro qua juravisti Patribus eorum. Non possum silere sollicitæ omnia hæc Populum, quia gratis est mihi: Sin aliter tibi videtur, obsecro, ut intercedas me, et invenian gratiam in oculis tuis, ne tantis afficiar oneribus. Verum qui consolatur humiles, consolatus est nos Deus in adventione nostra, ipse enim dixit: Non derelinquam, neque derelinquam; ita ut confidenter dicamus: Dominus mihi adjutor. Quo vero Divinum hoc adjutorium, cujus propter nimiam infirmitatem nostram tam indigemus, quam qui maxime longe uberrimum promereamur; rogamus Vos Dilectissimi Filij, ut quemadmodum ipsi memoriam Vestri facimus in orationibus nostris sine intermissione: ita et Vos oretis continenter pro nobis. confidimus enim quia bonam conscientiam habemus, in omnibus bene volentes conversari. Deus autem pacis qui eduxit de mortuis Pastorem magnum ovium in sanguine testamenti æterni, aptet Vos in omni bono, ut faciatis ejus voluntatem, faciens in Vobis quod placeat coram se, per Jesum Christum, in quo vos complectimur nunc et breviter scribamus; paulo post per longiorem Epistolam nostram exhortaturi, ut gremebundum accepistis, quomodo oporteat Vos ambulare, et placere Deo, ut ambuletis, ut abundetis magis. Valete. Datum Romæ apud Aram Cæli 7mo Februarij 1785.

Fr Joseph Maria de Pesaro
Commissarius Generalis.

De Mandato Rmi in Xto Patris
Fr Antonius à Fundo
Secretarius Generalis

Fr. Joseph Maria De Vedano Ord. Min. S.P.N. Francisci
& Lector Jubilatus, et in Universa Cismontana Familia tam Observantium, quàm Reformatorum et Conceptionistarum
Commissarius Generalis et Servus.

Dilectis in Xto universis Patribus et Fratribus, Superioribus ac subditis
Juxtà, ac Jurisdictioni Nostræ Subjectis, Salutem, Veramq; in Xto consolationem.

Omnibus Punctis ff. Duodecimum:

Utinam pacem concordiam conjunctionemque animorum, et argumentum teneret, et fructus, non modò concordiam habere cum moribus probis, et litigare cum vitiis, sed præclara insuper gesta monumentis mandare, quò luceat lux nostra coram hominibus, et videant opera nostra bona, et glorificent Patrem nostrum qui in cœlis est. Hanc ob rem Majores nostri illustria Fratrum suorum facinora, publicæ memoriæ prodi voluerunt, id quod à Viro clarissimo Luca Wadingo in luculentis, quos edidit, Annum Minorum Annalibus filii cæptum videmus. Eadem ob causam ut opera eximia imperfectum adhuc absolveretur, Rmus. Pater Minister Generalis, ut est mirificè in rem Franciscanam publicam promovendam studiosus, Generalem nuper Ordinis Chronologum Virum renuntiavit cunctis aptum Nominibus, qui feliciter suscepto elongatur meuere, nostræ Modalitatis famam tueatur. Quibus nos Limitrophi Latinis curis, curas nostras, ut par est, jungentes, quò interrissem opus retexi, et ad exitum perduci posset, à Ministris Provinciarum vehementer exegerimus, ut quantâ maximâ et diligentiâ, et celeritate per idoneos, doctosque Viros, ab ipsorum jure negotio deputandos, accuratissima colligant monumenta eorum omnium, quæ per Provinciam unicuiq; in Xto à Seraphico Patriarcha institutis Ordinibus ab Anno, usque 1580, memoriâ Posteritatis digna contigêre. Qua quidem in re temporum Ordo, erit servandus, atq; in ea inquirendum principio, quæ ad Annum usque - 1180 supra Millesimum gesta sunt, ut prædictorum Annalium continuationi manus quamprimùm admoveatur.

Primò autem perveniendum est Origines Erectionesq; Conventuum, seu quæ ad Fratres, seu quæ ad Sanctæ Monialis pertinent, Congregationumq; Sæcularium Utriusq; Ordinis. Cum quærendum: Quinam utriusq; Status Viri, aut generis Nobilitate, aut famâ Sanctitatis floruerint? Quæ aliorum vitæ ratio extiterit? Quæ Dei prodigia per eos patrata dignata sit? Ubinam gentium fuerint sepulti? Num istorum reliquiæ aliò translatæ sint? quæque fuerit translationis celebritas? et quidquid postremò spectare ad eos ullo modo videatur.

Illi addendi ii sunt, qui vel è Suggestis vel in Academijs publicè, vel Libris suis, prorum licet manuscriptorum, et ignotorum, et nunquam, et Argumenta singulorum notanda sunt, Doctrina Lucâ lumine familiam illustrarunt.

Eadem cura in iis, eorum gestis investigandis adhibenda est, qui vel ad Romanos Pontifices, ad Imperatores, Reges, aliosve Supremos Principes, Legati, Oratores, Nuntii missi sunt; vel ad Ecclesiæ Dignitates, ad Episcopales, patriarchales, Primatiales, Patriarchales sedes, intra Provinciarum limites existentes assumpti fuere; tametsi illi Principum assumerentur, aliorum effectu Provinciarum alumni. Succedant huc oportet, Diplomata cuncta, Rescripta Pontificum; tum Elogia Sepulchris inscripta hominum illustrium, qui in finibus jurisdictioni nostræ subjectis tumulati sunt; Sacrarum item Religiarum Catalogi, quibus eodem Die dicatæ aræ fuerint insigniuntur; caeraque tandem, quæcunq; ad Rem Ordinum continuandos Annales, alicui esse usui possunt, ac cedere in Majorem Dei Optimi, Matrisque Gloriam, Franciscani nominis decus, atque meritam tutum Virtutis.

Jam vero circa hæc Documenta debent tum ex Archivis, tum ex Historiis, seu excerptis, seu manuscriptis Provinciarum ipsarum, sanctiorum quoque aut Monasteriorum, quæ nostræ subsunt jurisdictioni; Congregationum præterea Cæsularium, seu Ordinis Fraternitatum, Ditionum, Civitatum, Diœcesium, Urbium, Lucorum, in quibus Provinciæ, et Conventa omnia prædicta ac Fodalitates existunt. Consulendi ad hæc sunt Scriptores alii, ex quibus colligere liceat aliquid in rem nostram derivari posse. Observandæ ibidem Imagines, vel Signa, sive Sculptilia, sive Fictilia seu picta; inscriptiones, aliudve genus universa, ex quibus quidquam in usum de pro agimus Operis proferri videatur. Tandem si quid à Majoribus ceteris posteris transmissum sit, quod legitimæ traditionis characterem præseferat, pari diligentia solertiaq; perquirendum, necesse est.

Ex his autem Fontibus sancta monumenta in ordinem temporum digerantur oportet, ac conficiatur ex illis Commentarius, vel Relatio prolixa; simul in libri margine è regione ubi ipsis fontibus, unde eorum quodvis desumptum sit. Quæ planè Relatio postquam à Provinciæ Definitorio approbata et subscripta fuerit, vel si quod multo satius foret, relatione ipsa autographa in Provinciæ Tabularium illata, quidquid exemplum accuratissime excerptum atque explorum pariter, subscriptumq; à Definitorii Patribus, et rarum factum ab eo, qui est Provinciæ à Secretis, nobis propere quoad fieri poterit transmittatur. Quo vero hinc nullo furtæ nostræ impendio facturæ volumina, quæque vel accipienda cujusquam opportunitate Romam recta ire conferentis, cui tuto scriptorum involucrum concredi possit, vel si occasio non se statim obtulerit, de famulo in famulum per aliquem consulto missum erit illud ad finitimam Provinciam transmittendum, hujus deinde Ministri sedulo curabit, ut eadem ratione ad Provinciam confiniam involucrum ista statim transferatur; atque ita deinceps quousque nobis redditur.

Quodsi prædicta documenta non habeantur in promptu, nec fuerit simul omnia breve posse, sedulo, saltem quibusdq; mensibus relatio mittatur, velut supra dictum est, exemplum relationis omnium eorum, quæ sex illis mensibus collecta fuerit. Semestria vero illa spatia à Die eadem, quâ Encyclicæ hæ Litteræ acceptæ fuerint computanda erunt, cujus diei rei volumus, ut Ministri nos continuo faciant certiores.

Ex hac relatione, sive exemplo argumentum, atque initium sumpsit, tum diligentiæ, tum celeritatis, quam in hac omnia perficienda, quæ nos vehementissime habet solliciti, Ministri Provinciarum contulerint, atq; hinc certo complecti fumus, quam inflammato studio ad Dei gloriam, ad publicum Fodalitii bonum, ad Provinciæ denique cui præsunt, decus procurandum sexantur. Hæc enim magnæq; ac potiores

præstantiores, in iis quæ supersunt nostrorum Annalium voluminibus habebit partes, quo plura, eaq; certiora, atq; illustriora monumenta, ad quæ ministro suppeditabuntur.

Decimo-tertio: Atque hæc sunt ex multis, quæ monitos vos esse volebamus, et hæc vobis scribimus pro multo labore nostro, non ut contristemini, sed ut sciatis quam charitatem habeamus abundantius in vobis: non enim alia scribimus vobis, quàm quæ legistis, et cognovistis. Speramus autem quòd usque in finem cognoscetis, sicut et cognovistis nos ex parte, quod gloria vestra sumus, sicut et vos nostra in die Dñi N. Jesu Xti, pro quem obsecramus vos et per charitatem Sancti, ut adjuvetis nos in orationibus vestris, ad Deum pro nobis: nè forte qui alios prædicamus ipsi reprobi efficiamur. Pergite etiam ut facitis, assiduas fundere preces ad Deum pro Divina Sospitate Pontificis Maximi Clementis XIIIti: pro Regum ac Principum Xtianor pace, et felicitate; tum pro incolumitate Eminentissimi Cardinalis Protectoris: pro Reverendissimo Patre Ministro Generali, ac pro nobis, qui omnium minimi, maximè egemus. Gratia D. N. Jesu Xti, quæque æterna benedictio sit cum omnibus Vobis. Valete.

Dilecti Patres, ac Fratres mei amantissimi! Sanctissimæ, et in Dño exercite semper, ahy in omnibus sacrificiis, et orationibus vestris festinate ad Deum. Preces fundite pro Sanctissimi Domini nostri Papa Pii VI longa incolumitate, et prosperitate, pro Christianorum Regum, Principum, quorum ubique maxima est in Religionem nostram pietas, et munificentia, Conservatione, Exaltatione, et Pace, pro Eminentissimo patrono nostri ordinis piissimo Protectore Cardinali Girauo; ahq Reverendissimo Patre nostro totius ordinis Ministro generali, nostriq etiam non immemores; illud instanter flagitate, ut susceptum Procuratoris generalis Munus, ad majorem semper ipsius Dei Gloriam, Religionis nostræ Bonum; ac vestræ Sanctificationis ubertatem feliciter cedat. Valete, Datum Romæ. Die prima Novembr. 1780.

F. Angelus à Prochyta,
Procurator generalis.

L. S.

Dei Mandato Procuratoris generalis Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini à Provincia Sicula: generalis Curiæ

Fr Paschalis á Vatisio

Lector Emeritus, Catholicæ Majestatis in Regali Matritensi Congressu pro Immaculata Conceptione Theologus, ac totius ordinis SPN Francisci Minister Generalis, Visitator, ac Reformator Apostolicus, et Servus.

Universis Patribus, Fratribus, ac Monialibus totius Nostri Seraphici ordinis tam Superioribus, quàm Subditis Salutem et pacem in Christo Jesu, qui, ea x vera est, et Salus!

Inter vicissitudines, quæ in dies augentur, et Ministerii Nostri pondus gravissimum supra etadem onerant, illa sane, quam vobis Patribus, Fratribus in Christo Dilectissimis significandam ex officii nostri debito suscipimus, acerbissima peculiari modo animum Nostrum angit, exruciatque. De hac nempe, ad interminabilem vitam Septimo Idus Augusti Anni Currentis migravit Regius Hispaniarum Infans DD Alojsius Catholicæ, ac Regiæ Majestatis felicissimæ Pegnantis filius quam Deus servet, prosperetque! Frater et maximus, et Comes de Chinchon, hoc Nomine totius nostri ordinis Patronus Universalis. Si quidem, porro justa causa, dum tantam jacturam deploramus, animum nostrum moveat, et omnium nostrum solicitudines tum ex debito tum gratitudinis excitare debeat, ad ejus æternam felicitatem, enixè procurandam, Vos ipsi Cernitis, et ex ipsa enuntiativa dignissimi judicatis.

Itque ex debito justitiæ, quæ persolvenda sunt pietatis opera, ut integre noveritis, et ad unguem impleatis, eadem uti Contineantur in Celeberrimo illo Instrumento Art. 5. inter Patres Solemnissime Confecto referimus ad Verbum videlicet „ Religionem se obligare, ut quandocunque post multos annos ex hac ad meliorem vitam transeat Serenissimus Infans, seu Sua Charissima Conjux, actuales Patroni, et Protectores Universales ordinis in omnibus, et singulis Conventibus totius Religionis, et in quolibet eorum exequiæ Funerales celebrabuntur, ne Vigilia, Missa Solemnis et demum Responsorium pro quolibet eorum, majori cum Solemnitate, et apparatu fieri possibit. Et ad hunc effectum Rmi Patres Ministri Generalis, tum Commissarii Generales respective tenebuntur ad prædictam mortem nuntiandam suis patentalibus Literis omnibus Prælatis Provincialibus, illis demùm injungendo, et præcipiendo, ut ordinatum adimpleant, et adimpleri faciant ab omnibus suis Subditis tam Fratribus, quàm Monialibus intra binæ

numeratum a die publicationis Superioris Ordinis respective in quolibet Conventu. Et eadem Solemnitas Funeralis perpetuo, et universaliter celebrabitur a Religione, quandocunque mors alicujus ex Successoribus Sue Regie Celsitudinis acciderit: quod ita debet intelligi, ut in hoc Universali suffragio solum comprehendantur Sue Celsitudinis Successores, qui unus post alium reipsa possideant Statum de Salmchon, et Religionis Patronatum, et tutelam. Quam obrem Vobis omnibus PP. Dilectissimi, qui Utramque Familiam tum Cismontanam, tum Ultramontanam componitis, distincte precipimus, ut una mecum adamussim ea exequamini, que in relato Art. 5. et in Constitutionibus Generalibus Ordinis prescribuntur.

Verum neque minus Gratitudinis nostre officium postulare comperitur, ut salutem tanti Patroni, omni, quo possumus, studio comparemus, ac ejus Superstiti Serenissime Conjugi, Filiorumque Principum diuturnam vitam, et incolumitatem. Quare iterum vos PP. Dilectissimi exoramus, et obtestamur, ne cessetis in Sacrificiis Vestris, et orationibus privatis prefati R. Infantis D. Alvisii Comitis de Chinchon commendare ardenter, ac ejus Serenissime Familie prosperitatem a Deo impetrare, ut inde nihil deesse, quod Justitia, et Gratitudo a nobis exposcat.

Hec autem Nostra Encyclica, ut moris est, publice in quolibet Conventu perlecta, Omnes Provinciales jam Familie Cismontane, quam Ultramontane, Rmi etiam PP. Commissarii Familie et Indiarum Subjecti de executione intra Bimestre a die publicationis implenda eorum, quæ prescripta sunt certiores per literas nos omnino efficient. Valete et Nostri estote memores in Sacrificiis Vestris, et precibus. Dat. Rome ex Ara Cœli quintodecimo Kalendas Septembris Anno 1786.

Fr Paschalis a Varisio
Minister Generalis

De mandato Rmi in Xto Patris
Fr Bernardinus Insperatus
Secretar Generalis Ord.

Litera Commissarij Visitatoris

FRATER GAUDENTIUS JABLONSKY.

Ord: Minor: S.P.N. Francisci Strict: Observantiæ Provinciæ Hungariæ Sanctissimi Salvatoris Concionator, SS^tæ Th^læ Lector, Magister Novitiorum adtualis, ac hujus Almæ Reformatæ Provinciæ Transylvaniæ S. Apostolici Regis Stephani Visitator Commissarius Generalis, & humilis in Dño Servus.

Admodum Reverendis, Reverendis, Multum Venerandis, Vndis Patribo, ac Religiosis Fratribo animi pacem, & omnem Benedictionē Coelestem.

Verbum Crucis pereuntibus quidem stultitia est: iis autem, qui salvi fiunt, id est: Nobis, DEI Virtus est. attestante Doctore Gentium, Crux enim est pretiosa illa Margarita, quam Negotiator ille Evangelio inveniendo abiit, et vendidit universa, quæ habet, et emit eam. quam cupiens licitare DEI Filius, cùm in forma DEI esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem DEO, sed semetipsum exinanivit formā Servi accipiens, in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo, humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis: præbens nobis exemplum, ut quemadmodum ille fecit, ita et nos faciamus, his suos apud Divum Matthæum Discipulos admonens verbis: si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me.

1. Cor. 1. v. 18. Matth. 13. Philip. 2. c. Matth. 16. c. v. 24.

Quam doctrinam strenuo passu imitando Vas electionis dicebat, dum Galatis scribebat: Mihi autem absit gloriari, nisi in Cruce Dñi nostri JESU Christi: Hanc refrigescente mundo ad inflammandū corda nostra sui amoris igne DEus renovare voluit per Seraphicū Patriarcham Franciscū, dum Regulam vitæ eidem dedit, qua illum, et ejus sequaces erudivit: ut abnegantes impietatē, et sæculária desideria, docente Sacrā paginā: sobriè, & piè, & justè vivamus in hoc Sæculo. In hac Schola Magistri Christi hic Mercator Idiota in tantum profecit, quantum ejus Sanctitas universo Orbi nota, ejusdemque Ordo declaravit, et beatæ rare per pios Fratres hujus Instituti non cessat, nec cessabit. qui dicit: sinè me nihil potestis facere, ad finem usque mundi.

ad Galat. 6. c. ad Tit. 2. c. v. 12. Joan. 15. c. v. 5.

Cum ergo Imitatores per Professionem Regulæ, quam in juventute nostra promisimus DEO totō vitæ nostræ tempore observare, tanti Patris simus effecti: Dilectissimi Patres et Fratres, omnibus quidem incumbit nobis ità vivere, ut nec mori timeamus, nec vivere erubescamus; ut viventes quidem in hoc Sæculo, attamen in veritate dicere valeamus cum S. Paulo: Nostra autem Conversatio in Coelis est, unde etiam Salva-

Philipp. 3. c. v. 20.

salvatorem expectamus Dñm nostrũ JESUM Christũ. Hortamur præcipuâ ac singulari ratione exigitur abeis, quos ad aliquem dignitatis apicẽ evexit virtus comitẽ fortunâ. Si enim adstringuntur arctiori quodam vinculo, utpote inferiorũ exemplar: qualis enim Superior, tales et inferiores esse solent, ità acclamante Sapientissimo Rege: Qualis Rector Civitatis, tales & inhabitantes in ea. Nam S. prout profectus S. Gregorius inter Maximos Magnus: Nullã puto Fratres Charissimi abaliis majus præjudicium, quam à Sacerdotibus tolerat DEUS, quando eos, quos ad aliorũ correctionẽ posuit, dare de se exempla pravitatis cernit, quando ipsi peccant, qui compescere peccata debuerant.

Eccles. 10. c.

S. Gregor. Hom. 17. in Luca.

Quidem quoad gradus suæ eminentiæ, siquidem attestante Magrotillo Pontifice: Cum enim augentur dona, rationes etiam crescunt donorum: Nam illis non sufficit, nisi soli bene ac piè vivant, sed etiam alios adinquirendam Margaritam Crucis inducant, exhortentur, stimulent, ac nolentes intrare secundùm Mandatum hominis Evangelici compellant; secus ut loquitur S. Isidorus: quia si Episcopi tantùm sancta sil vita, sibi ipsi prodesse intelligite Patres et Fratres desideratissimi, per Episcopum meum quo minimo præest Fratri, Rolahem, et considerate omnes in aliqua esse minima præeminentia positi: an tali sibi viventi tantùm, suum quo Subditum negligenti non sine injuria possit oggeri illud Vatis Spiritu S. afflati Ezechielis: Va! Pastoribus, qui pascebant semetipsos, nonnè Greges à Pastoribus pascuntur?

Magrot. Epist.

Isidorus Liz. Off. ad Fulgent. c. 5.

Ezech. 34. c. v. 2.

Cui doctrinæ insistendo S. P. N. Franciscus formale præceptum imposuit, dum suæ Regulæ cap. 10. expressit: Fratres, qui sunt Ministri, et Servi aliorum Fratrum, visitent, et moneant Fratres suos, humiliter et charitativè corrigant eos. visitent: exactè inspiciendo, an Fratres suo curæ commissi secundùm præscripta sibi normam vivant, et quidem in omni linea: moneant: Fratres suos probos in bono corroborando, errantes ad Officium redigendo, præ oculis suis illud Ezechielis habendo: si dicente me ad impium — morte morieris, non annuntiaveris ei, neque locutus fueris, ut avertatur à via sua impia, et vivat: ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem ejus de manu tua requiram.

Ezech. 3. c. v. 18.

Quod considerans Reverendissimus Pater totius Ordinis Seraphici S. P. N. Francisci Minister Generalis, præceptóque Regulæ satisfacere, visitare, ac monere vos Patres et Fratres Charissimi constituit, qui cum id facere per semetipsum non valeat, mihi hanc almã comisit Provinciam visitandam, prout ex ejus ad me data liquet Patentali Epistola, veluti alter Josaj legitimus Patriarchæ pauperũ Successor in libris Regum cum merito salutaris obedientiæ mihi præcipiens: Fratres tuos visitabis, si rectè agant, & cum quibus sunt ordinati: disce.

1. Reg. 17. c. v. 18.

Cum

Cùm itaque Seraphicus Pater præcipiat omnibus Fratribus suis dicens: Unde firmiter præcipio eis, ut obediant suis Ministris in omnibus; huic præceptorum ne conformare ergo, occurrit illud Scripturæ Sacræ: judicium durissimum his, qui præsunt fiet. Si quo casu suâ culpâ iniquum quid attentârint. Et hoc quidem coram Judice illo, de quo Sacer testatur Codex: Qui intuetur cor. hæc combinando tale meum colloquium formo: Si Deus intuetur penetralia cordis mei, videbit etiam consequentia legitimâ omnia acta & facta mea, qui attestante veritate æterna, videt in absconditis. Quid quid ergo finistrè agerem, quocunque modo Vulpino decipere vellem, et instar Pharisæorum meam justitiam coram hominibus tantùm facerem, quomodo illum, de quo testatur D. Paulus dicens: Omnia autem nuda & aperta sunt oculis ejus, de cujus ore Coronati Prophetæ: Ego justitias judicabo.

Sap. 6. t. v. 6.

Hebr. 4. c. v. 13.

Ps. 74. v. 3.

Nè itaque Patres et Fratres dilectissimi in illo divino Tribunali, ante quod si ut ait S. Paulus: omnes nos manifestari oportet, ut referat unusquisque propria Corporis, prout gessit sive bonum, sive malum, ego etiam appendar cum Balthasaro in statera, et inveniar minùs habens, ità mihi agendum, ita judicandum, ut semper in omni actu meo illius vultum videam, de cujus vultu judicium meum expectabo. Ne nullâ movear, sed cuncta ad ejus gloriam agam, qui fecit hos, et non ipsinos. Bonum hujus florentissimæ Provinciæ queram, nè hæc in suo flore posita aliquando juste queratur cum Isaja: dum adhuc ordirer, succidisme. Pro salute uniuscujusque Fratris, ne quisquam flere rogatur cum flente Propheta: Parvuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis, quæ ut omnia modo debito procedant. Sequentia generaliora mei futuri processûs in hac Canonica Visitatione sono juncta; et quidem

1mo. Cùm juxta D. Paulum: non quòd sufficientes simus aliquid cogitare à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex DEO est, sinè cujus Numine nihil est in homine; Proinde ultimè Divinum adjuvet auxilium, mihique suâ Sanctâ gratiâ efficaci in omnibus assistat. Vos oro, et obsecro eo eodem Doctore gentium: Fratres orate pro nobis; quatenus omnia

2. Cor. 3. c. v. 5.

Secundum Præscriptum legis Divinæ ac constitutionum nostrarum ita ut vos faciam, et nè alicui vel minima irrogetur injuria, quæ ex finistræ informationis ortum à potioni ducit fonte, in antecessum ad arcendos, refrænandos, ac cohibendos calumniatores maximè, qui tam conscientiâ quàm scientiâ proditi non fuerit conscientiæ, mentem meam candidè aperio:

2do. Me ad proscriptum legis Divinæ, in omnibus ad me delata processurum, ubi testante tentatenus demonstrato Judicibus procedendi modus, dum Abrahæ dicebat Dominus: Clamor Sodomorum & Gomorrhæ multiplicatus est, & peccatum eorum aggravatum est nimis, descendam & videbo, utrum Clamorem, qui venit ad me opere compleverint: an non est ità, ut sciam. Sincerissimi Patres ac Fratres consideremus et perpendamus atque hunc invicem sermonem instituamus sincerum: si Creator noster, qui ultimus finxit oculum Corporis et Mentis, coram quo: Ut S. inquit Marcus: non est aliquid absconditum, quod non manifestetur. Et ut fide firma credere debemus, scil. et videt omnia ab æterno, hæc tamen est usus methodo

Gen. 18. c. v. 20.

in

in puniendis Viris illis, de quibus exhibet Testimoniū sacer textus: homines autem Sodomitæ pessimi erant, & coram Dño peccatores nimis. Eo ad multiplicandum clamorem non puniendo, sed deferendi, ut videat rum fil opere completus clamor ille, et sicut. Quis hujus temeritatis esse potest Judex mortalis, qui hac reglecta norma à Creatoris sui, aliter in processu judiciali progredi præsumeret?

Multiplicetur ergo clamor coram me quomodocunqs ego ad nemi= nem puniendum jure stricto procedam, nisi prius videam, con= fitentes mihi legitimè, siqui sciam, quod opere fil completum id, quod ad me delatum est, nè peccati illius particeps fiam multi= tudinis, quam objurgabat Daniel proponendo reprimis meritum Daniel Causæ: credidit eis multitudo quasi senibus, et judicibus populi, 13. c. et condemnaverunt eam ad mortem. Innocentissimā Susannam pu= v. 41. dicam Matronam, tanquam adulteram ita improperando eis, ut in subsequo sensu subjungit. Sic fatui Filii Israel non judicantes, neque quod verū est cognoscentes, condemnastis Filiam Israel.

3tio. Quare
Nè per hoc iniquis, si qui reperirentur, quod absit, grandatz via liberius exorbitandi, dum Calumniatores arceo, exeo, quod juridicè eis non possint probari facta illorū, aut metu periti reformidarent fors aliqui tales deferre ad me, Paternè ergo corrigendos, id circo declaro Paternas quoqs delationes meas non fore, illas tamen quas veritati inimicas observabo; extra tamen fori Paterni, et quantum circumstantiæ rei admittent, intra me ipsum solum admonebo, et corrigere ac emendare studebo; Ità quidem, nè oggerat mihi ali= quando à DEO, quod Sacerdoti Israelitico Heli, dictum com= morat Scriptura: Magis honorasti Filios tuos, quàm me; Quare juxta legem Domini in Levitico datam procedam, sic jubentem: Non con= 4. Reg. sideres Personā pauperis, nec honores Vultum potentis, justa judica 2. c. proximo tuo. post hæc v. 29.

4tò. Patres Superiores Locales obsecro, et admoneo, quatenq juxta Constitutiones nostras Generales, ac consuetudinem hujus Almæ Provinciæ ante adventum meum omnia in ordine præparata illa habeant, quæ Visitatori parare debent.

Ut autem notitiam profectus literalis, qui est decor Ordinis, honoris Divini promovendi medium singulare, et exactum experimentū habeam, de quo credo, fore tamen desidero, in nullo deficere, Patres Lectores per= amanter requiro, quatenus illi debitè reficiant, ac cum Discipuli semper necessaria habeant, quo ad studium regrediuntur, num quocunqs modo per aliquem in progressu studii Scholastici non turbentur? nullō enim malo alio Julianus Apostata Ecclesiæ DEI magis nocere adlaborabat, quam

quàm perfuggrefionem studii literalis; quare gratum mihi facient P.P. Lectores, si hos ordines fecerint, ultà disponuerint, ut me adveniente ad locu, ubi sunt studia, in meâ presentiâ aliquod exercitium scholasticu, prout optimè judica-verint instituerent. Studentes verò sua scripta ità composita habeant in promptu Magis, ut illa facilè ingfiere occasione visitationis valeam. Demum

5tò. Vigore harum suffendo omnes Obedientiales literas, qualengr eme extra terminos sui Conventûs, exire audeat, subpoena Apostasiæ ipsè mea facultate, suetus Obedientialibus, cujuscuqs Prælati me inferioris, in quocumcto in casu extraordinario Quicheia uti rationabilite non vetо, negpillam Ministri Provincialis arcto jurisdictionem, quam jus eidem tribuit, ac etiam Obedientiales ejus datas, quoad casus illos, seriò auctem præcipio PP. Superioribg Localibus, ut ubi meum adventum præsenserint, Omnes Patres et Fratres sub curæ concreditos, ità ordinatos habeant, quatenus verum quèm ipsi illorū alloqui possim, nam ut Evangelicq loquitur Propheta: ex gnitio vultus eorum respondebit. Tandem

6tò. Exprefsè: Ubi has meas Encyclicas accepierint PP. Superiores Locales, immediatè juxta consuetum morem Comunitati Religiosæ Capitulariter congregatæ eas publicari faciant, ignaris Linguæ Latinæ Fratribus conversis, prima tria puncta cum idiomate explicari procurent. Injungendo omnibus officiis Patribg et Fratribus, quatenus post harum receptionem in singulo domicilio nostro, post Matutinū et Vesperas in honorem SS. et individuæ Trinitatis, B. Augustiffini Cultoris Sacramenti, B. Virginis sinè labe Originali concepte, ac Omnium Sanctorum Universitatis, dicant singuli tria Pater et Ave, ac totidem Gloria Patri, &c. Ulilla, quæ sunt pro majori DEI Gloria, Bono Floridæ hujus Provinciæ, Salute singuli Fratris curare exacte Divinâ adjutg auxilio valeam.

Quibus more consueto in libros transcriptis, juxta indorsationem, notato Die perceptionis, et promotionis de loco in locum fideli occasione promoveant, ultimus verò illas mihi configrabit. Valete Amantissimi P.P. et Fratres Divinâ confortati gratiâ, et pro me servo vestro DEum exorate. Datum in Conventu nostro Tharyad. 15. Maji. Anno à Partu Virginis 1702. Idem quæ supra.

L. S.

Fr. Gaudentius Jablonsky
visit. Comissar. Gralis

Frater Gaudentius Jablonski, Ord: Minor. strict: Obs: S. P. N. Francisci Provinciæ Hungar. Alm Salvatoris Concionator. S.tæ Theologiæ Lector, ac Ven. Conventus Okositz-nensis ad S. Petrum de Alcantara Guardianus actualis. nec non in hac Prael: Provincia Visitator Gralis, et humilis Servus.

Dilectis nobis in Christo Adm Rdis, Rvdis, Mrdis, ac Vdis Patribus et Fratribus ejusdem Ordinis, et Provinciæ Salutem & Gratiam in Dno Sempiter.

Homo ille Nobilis, qui vocatis servis suis dederat eis decem Mnas, ut negotiarentur, periclitari volens, quantum quisque profectum fecisset, ut testatur D. Lucas: jussit vocari servos suos, quibus dederat pecuniam, ut sciret quantum quisque negotiatus esset. et ecce! alter lo, alter
Lucæ 19. c. v. 15. 5. Mnas lucratur, collaudatus, et promotus, ignavus vero servus Mnâ suâ per illum privatus erat; ità suis Pii dignissimi PP. et dilectissimi Frres diversa nos donatum naturæ, tum gratiæ accepimus ab eo, per quem facta sunt omnia, à quo omne datum optimum, et omne donum
Jac. 1. c. v. 17. perfectum, qui dat omnibus affluenter. Quibus negotiando via Crucis et mortificationis Margaritalla pretiosissima, hic acquisita, hic viverdo secundùm institutum Seraphici Patris nostri Francisci, vitam æternam consequi valeamus, quæ nobis ex parte DEI promissa, et per illum, in cujus manibus vota nostra solemnia emisimus, unicuique nostrum dicendum: et ego ex parte DEI, si hæc observaveris, promitto tibi vitam æternam.

Quantùm autem in hac negotiatione felicis negotiatoris Patriarchæ Laurentium spiritu pauperrimi, virtutibus tamen ditissimi, quisque Filiorum infudavit in hac alma Provincia DEI gratiâ ac curâ vestris, promptus, precibq; adjutq; lustrando jam per singula hujus inclytæ Loci Domicilia, Vocatis etiam ad me servis Dni, pro possibili examinavi, quantum quis negotiatq; esset, et ecce! excitato zelosis exhortationibus, ac indefessâ Superiorum majorum invigilantiâ, exemplari vitâ graviorum, et bene de Provincia meritorum Patrum sagacitate, et industriâ suorum Superiorum Locatium, alios quinque, alios decem Mnas, acquisitisse reperi, cum ingenti cordis mei lætitia,
Psal. 144. et exultatione DEUm laudans, Regio testatur Psalteo: Suavis Dnus Universis, & miserationes ejus super omnia opera ejus. Psal. 144. Qui suscitat de pulvere egenum, & de stercore erigit pauperem, ut sedeat cum Principibus, & solium gloriæ teneat. 1. Reg. c. 8.
1. Reg. 2. 8. Quo circa nihil amplius mihi superesse videtur, nisi ut zelosis Negotiatoribus stimulus detur, quatenus viam Mandatorum DEI, et sui Instituti currentes, indefesso gradu, magis ac magis satagant, ac

ac juxta moritum Principis Apostt. per bona opera certam suam vocationem / Electionem faciant. Amantissimi in Visceribus Christi Patres et Fratres! Magna promisimus, majora promissa sunt nobis, Serremus hæc, Suspiremq; ad illa, Voluptas brevis, pœna perpetua, modica passio, Gloria infinita, multorum vocatio, paucorum electio, omnia Retributio. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum. ad Gal. 6. c. v. 10. Ut ubi tempus Resolutionis nostræ institerit, / uterusquisque nostrorum in Veritate dicere possit cum Doctore Gentium: Bonum certamen certavi, cursum consumavi, Fidem servavi, in reliquo reposita mihi est Corona justitiæ, / quam reddet mihi Dominus in illa die justus Judex. 2. ad Tim. 4. c. v. 7. Stantes autem otiosi in Via perfectionis ad culturam animæ Vineæ Domini Sabaothi: / mulcentur, ut ipsi excusso torpore mercedem diurnam laboris sui à Manu Dei accipiant. Ad quod effectuandum, / quantum conferat Vigilantia Prælatorum, / de qua bus testatur Scriptura: ipsi enim pervigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri; ad Hebr. 13. c. v. 17. Nemo est, / qui ignoret.

Acceptâ itaq; facultate à Rdissimo P. Iterato Ministro Grali Petro Joannetio à Molina; eâque expeditâ per Reverendissimum Patrem Paschalem à Vasisio strict. Observ. S. P. N. Francisci reformato Prov. Mediolanensis Lectorem Theologum, Concionatorem Gralem iterato Ministrum Provalem, in tota Cismontana Familia tam Observantium, quàm Reformatorum Commissarium Gralem celebrandi Capitulum Provinciale, ac in eo officiales instituendi, et confirmandi facultate, / Nihil nobis superesse videtur, nisi, ut ad proximè futuri Provincialis Capituli celebrationem tenderemus, dictumq; Capitulum pro Aº currente 1762. die 25ta Mensis Julij in Ven. Conventu Claudiopolitano ad Nives Marianas celebrando tenore præsentium indicemus, / indictumq; Vobis omnibus et singulis promulgamus, atque Vocandos de jure vel consuetudine Vocales citamus.

Quia propter pro solemni Nominati Provalis Capituli Canonica Celebratione, / Vigore præsentium Literarum legaliter citamus Adm. Reverendum P. Provalem Ministrum act. Adm. Q. P. Provincie emeritum Capitularis Conventus Guardianum act. Q. P. Custodem act. Q. P. Diffinitores act. Q. P. Secretarium Prov. act. omnesque Patres Conventuum actuales Guardianos, / procipientes ipsis, cum S. Obedientia merito, / et sub pœnis in nostris Constitutionibus expressis, / quatenus ad Provinciale Nostrum Capitulum, / nisi legitimâ causâ propediantur, / Opportunè tempore proficisci, et comparere contendant. Et quidem Adm. Q. P. Minister Provalis act. Q. P. Custos, / Q. P. Diffinitores, / ulti. et Q. P. Secretarius Prov. 21ma Julij; Cæteri verò P. Vocales 22. da ejusd. ad dictum Conventum in persona comparant.

Porrò ne fors quopiam Confusio ex Fratrum Oriatur frequentia, / sub pœna Apostasiæ ipso facto incurrenda procipimus, / ut prædictos, / et illos, / quibus hors à nobis concessa fuerit licentia Nemo ad prædictam Conventum accedere præsumat.

Aquia ante electionem Ministri Provalis varia, / et necessaria

per-

pertractanda occurrunt; ut hoc cum comoditate absolvantur, Superiores Conventuum secum afferant, et residentiarem transmittant ad locum Capit.i sequentis:
1mò. Extractus introitus, exitus et remanentiæ, authenticos Eleemosynæ pecuniariæ, item debita activa et passiva.
2dò. Specificationem victualium Viri, tritici, laridi, et similium.
3tiò. Extractum inventariorum.
4tò. Fructus Missionum ab extraordinaria Congregatione comparatos.
5tò. juratam attestationem Missarum absolutarum, et absolvendarum,
6tò. Numerum habituum, Turicarum, et Martellorum tritorum.
7mò. Patres Professos Congregationum et Confraternitatum, fundationes, et Eleemosynas suarum Congregationum, et Confraternitatum.
8vò. PP. Lectores Calculum de suorum Discipulorum Capacitate, et Profectu in Concionatura et Doctrina; pariter PP. Professores de Numero, Capacitate, Moribus suorum Discipulorum.
9nò. PP. Superiores Locorum Specificationem, quid singillatim pro uniuscujusq; Capellani Servitio in Ære, et Natura præstitum
10mo. Fil. fidem. PP. Locorum Superiores de peractis per omnes spiritualibus Exercitiis Testimonium exhibebunt.

Cùm verò per præsentes nostras Omnes et singulos PP. Conventuum Guardianos ad futurum citemus Capitulum nèper absentiam suorum legitimorum Superiorum Conventus et Fratres suis Pastoribus intra hoc tempus orbati à recta Viverdi Methodo deflectant, Eisdem vigore præsentium actuales PP. Vicarios ut præsidentes, ac suos legitimos Superiores profitemur.

Tandem Omnibus Superioribus Localibus præcipimus, ut quamprimum præsentes has nostras Literas perceperint, eas ad Sonum Campanæ coram Fratribus Capitulariter Congregatis publicari faciant, fiqueque publicatas, in librum currentalium transumant, et Die perceptionis et publicationis subscriptâ, de Conventu in Conventu juxta indorsatum Ordinem per fidelem et expressum Bajulum promovere studeât; ultimúsque Superior eas ad manus nostras, vel prosens tradat, vel absens dirigat.

Insuper his nostris publicatis prosperi successu Capituli, et Misericors et Miserator Dnus, talem huic præsty. Pro provideat Prælatum, qui eam Verbo et Exemplo, rectè gubernet, prosperumq; omnium agendorum eventum pro uniuscujusq; Contento concedere dignetur. Singuli PP. et Fres in Conventibus quidem post Matutinum et Vesperi, in Residentiis verò tempore à Superiore Loci designando trahunt de Spiritu Sancto Hymnum cum Oratione

addendo

addendo V.V. R. Orationem de Immaculata Conceptr. ac S. P. N. Francisco; post
hor. s. Patet et Ave; frigida autem die electionis; id est 25. Julij hora 6. Matutina,
Sacrum de Spiritu S. decantabitur promisso Hymno Veni Creator: in
omnibus Conventibus et Residentiis; nisi ob gravitatem Fratrum fieri non possit,
quo tamen Casu Sacrum saltem lectum habere volumus; cui omnes Patres
et Fratres interesse debebunt. Confessiones quascunque omnes quos Patres
Confessarii Nostri literaria Authoritate absolvere possint nedum a Casibus,
verum a Censuris etiam Nobis reservatis. Presbyteri celebrent; Clerici vero
in ipso Capitulari Sacro, reficiantur S. Synaxi, omnesque ad Dei Gloriam, Nostræ
currant; ipsum deprecando, ut quæ agenda sunt ad sui Gloriam, Nostræ
Religionis Seraphicæ Decorem, et hujus alme Provincie Emolumentum, to-
tiusque Ecclesiæ Sanctæ utilitatem, proverierdo assiet, et assistendo
proveriat. Valete in Domino P. et Fratres Dilectissimi, et omnium ve-
strorum Saluti et Consolationi intentos, Orationibus, atque Devotio-
tionibus Vestris, apud Eumdem jugiter juvate, et Seraphica Benedictione
ineffabiliter fruimini. Dedi in Conventu nostro Clausenburgi Die 6ta
July. 1762. ad B. V. ad Nives.

L. S. Fr Gaudentius Jablonsky
Comiss. Visitator Gralis

Fr Martinus Sipos Ord. Minor. S. P. N. Francisci Reformatæ Provinciæ
Sanctissimi Salvatoris in Hungaria Prædicator Sanctæ Theologiæ Lector Emeritus, Sacror.
Canonum Literatus, Almæ ac Inclytæ Reformatæ Provinciæ Divi Regis Stephani in Tran-
sylvania Commissarius Visitator Generalis, et Inimicis Servus.

Universis et Singulis Custodiis Provinciæ respective suis Filiis dignissimis Patribus
et Religiosis Fratribus Salutem, et coprosum Cælestium donorum affluxum.

Magnorum Patrum Reverendissimi Patres, et dilectissimi Fratres precibus inclinatus Reverendissimi
P. Commissarius Generalis, Patrocinio a Sacrario, Superiori vestro omni Veneratione Colendissimi
mus, placuit tibi. Per obedientiales Literas sub data Romæ ex Aracæli 26. Xbris Anni
1764. mihi inhærentibus humeris supra almam Provinciam gravi Deo imponere Visita-
tionis onus; Dei factor non parumper meæ modicitatis conscius optime, num huic obe-
dientiæ secundum diversos rerum circumstantias plusquam accebæ collum et caput submittere,
voluit tamen et coegit Rebus tantum amicum, non tantum Superiorum imperium et ex con-
sequenti Dei voluntas, sed et specialis lega Inclytam Dane Provinciam prompta simplex ani-
mi mei propensio, optime confidens tum in omnipotentis Dei adjutorio, tam Pro Abun-
dante, et Amici Patrum parato administrato, et benigno favore, et confidentia tuorum
tatem meam tanto onere, et honori idoneam judicavit. Quare ut conceptam de vobis fidu-
ciam dudum magnis comprobatam argumentis, quod minimum promptitudo ad extirpanda
mala, promovenda bona, solidando debita, et forte contervenda, munus mihi impositum
Immitto aggredior, adventum meum, ac immediate futuram canonicam Visitationem præ-
scitibus mihi litteris Encyclicis denuncio, indico, et legalitate instante abbo itaque, et addi-
tax, ut Patres Singulæ juxta Legalia nostra statuta tranquillis mentibus, gregum alacri
simo impendere possint famulatum, redantibus abundantes fructus suos.

atque ideo amodo Virtute Sacrum Instituti omnes obedientiales Literas, et Actus, sic tamen adhuc integra manente, roborque earum, et vires debito injungendo in merito Salutaris obedientiae omnibus Superioribus Localibus, et sub Poena Apostasiae Libertatis ipso facto incurrenda, ut nemo Patrum cujusvis gradus et conditionis, aut Fratrum, quamprimum Sae mea Encyclicae Literae Publicabuntur, sine licentia mea in Scriptis habita, excedat terminos Circumscriptionis Conventus, aut Residentiae Suae. Superiores proinde Locales audiendo meum approbationem ad se, teneantur omnes Patres Suos, et Fres revocare ad loca sua merito deputata; quia cogitare et agere ea non debemus, quae ad Divinum nobis que cultum Propagandum, ac Regularem Disciplinam conservandam et amplificandam, animarumq; Salutem procurandam dignoscam pertinere; volo, agnoscere cujusvis vultum, et omnibus ac singulis prodesse quantum Patrum congruit, et convenit aequitati.

Decet etiam Patres nitates, et Fraternitatis Vras, ut se Sac in Visitatione vestiant sancto zelo pro observantia nostrae Regulae Seraphicae, et Caritate mutua ad Deo, non ex livore non pravo fine, qui non sit secundum Deum, sed praetendendo per eam Emendationem Fratris sui, et non confusionem, adhuc ero, quod singulos velim audire, cognitative, et servare silentium. Attendant insuper circumspecte, ne Sanc Visitationem Canonicam puram putaq; Externo-rialem quandam Scenam esse reputantes, ea electio praetereant onerum Correctio ad Majorem Dei gloriam, et Almae Suae Provinciae decorem, aut cujuslibet Fratris in singulari Peculiare bonum, Salutisq; cessata operari possint.

Obsecro pariter Patres nitates Vras, ut meminerint praeceptum fulminatorum Summor Pontificum, specifice Pauli V. Pontif. 1614. quae incipit: Admonemur Pastoralis Officii. Contra cos. qui per conjunctos favores, et Suffragia Saecularium sibi aliquod Officium procuraverint: Ideor me in tales opportune medio animadvertendum, non tam volo contra obedientiam, quam jubet Seraphicus Pater noster Serandam Summo Pontifici, agere, nec per consequens poenam tacitam per praefatum Pontificem Excommunicationis incurrere; providebam enim Deum cum Regio Psalmista, in conspectu meo Semper. Vivat in Religione Frater Minor, et nullo praetendat sibi major, nisi in Virtute et observantia, et Patrum Vocalium una mecum Civis, non Saecularium, nisi culpabiles ante Deum apparere velimus, de virtuoso cogitare, et Regulam observanti, alios regendos tradere, ut Emberium Juris Almae Provinciae sit in virtutis augmentum, non in fomentum ambitionis juditiam enim cum omni animi contentione, et privata, ac publica omnium utilitate aequa lanc Vibrata opportune administrare intendam, et studebo.

Admonitas quoque, et tempestive rogatas cupio Patres nitates Vras, ut caveant ab omnigena attentanda Liberatione, quae libertati electionis quoquo modo obviasse possit. animadvertentes Decreta per Clementem VIII. Constitutione, quae incipit: Nullus omnino. contra Liberatores latata. Sanctum sciant Superiores Locales, ut ea omnia, quae licet de jure, licet de consuetudine post intimatam Visitationem contingenda sunt Visitatori in promptu habeant, mitiq; e vestigio contingat, ac quamprimum Sac Literales percepcrint, eas sine mora cum Patribus, et Fratribus, dato Signo Capitulari Campanae convocatis publicari faciant, Libro Conventuum inserant, facta inde debita Subscriptione perceptionis, medio Postae, aut per Expressum fidelem Bajulum ad Vicinum Conventum aut Residentiam, multa ordinem aperis decernendum celerrime expediant, ultimoq; Casu nisi recipient.

De caetero, Patres, et Fratres in Seraphico Patre nostro Francisco ac Salvatore nostro Jesu dilectissimi, bona praestare non erubescatis, nec reformidetis, neq; vos in Juris vitae Civilitate, et communione laedatis, aut inter vos aliqui alteri offensam praebeat; sed potius in Vinculo Caritatis conjuncti, tanquam unius corporis membra sub Christo capite augeamini in aedificationem, et famulatum sub Sancti jugo Religionis Seraphicae felicioribus indies profectibus incrementis. Obsecror vos affectu, et verbis Seraphici Patris nostri Francisci commonefactus et Exacerbetur illius, et vita Vestra Franciscana, ut nempe despiciatis Saecularia, concupiscatis aeterna, Signamini Vexilla Virtutum, ac una vos premat cura, non curare terrena. Audite denique Fratres mei, verum Patris Vestri, quia vos ex opimento oro, ut Deo et mundo acceptabiles effectis, instituit, vocatis inquit, quid inter vos sit Pax, et concordia, et nodus indissolubilis Caritatis, fugite invidiam, quae principium fuit nostrae corruptionis et perditionis, in tribulationibus patientes, et in Precibus humiles sitis, et sic in omni Virtute victores: imitatores sui estote in Temperate, Obedientia, et Castitate: Commercium evitate

mundum et Fratres; debent enim ipsi Mundo bonum exemplum; debetis mundum providentem necessitatum: quando autem ipsi bonum exemplum retraxerint, sibi meritis, retrahet et mundus manum justâ censurâ. Scribitis Fratres mei, Verba hæc aurea sunt, in imo cordis vestri, et quæ ex eis audivistis, et didicistis, et agite, et Deus Pacis erit vobiscum. Valete Patres, et Fratres mei dilectissimi, et pro exaltatione S. Matris Ecclesiæ pro publica totius Christianitatis tranquillitate, ac pro me, Deum Optimum, Maximum ferventer exorate, ut Deus conditor rerum omnium, cujus judicium abyssus multa, dirigat viam meam ad Vos. Deus in Loretano nostro Diœcesano die 24ta Martii Aprilis, Anno 1785.

Animæ Vestræ, Vitæ, Mortis, Valetudinis, Famæ, Patrimonii, et Charitatum Vestrarum

(L.S.)

Humillimus Servus.
Fr. Maximus Cipos
Commiss. Visitator. Generalis.

Frater Augustinus Rappain Ord. Min. S. P. N. Francisci Strictæ Observantiæ Provinciæ Franciæ Apostolici Sancti Regis Stephani Sacro-Sanctæ Belgiæ Sector Generalis, Fr Bis emeritus et Custos Actualis, ad præsens altefatæ Provinciæ Commissarius Visitator, et humilis in Dño Servus.

Dilectissimis Reverendis, Mdis. Vndis. Patribus, ac Charissimis in Xpto Fratribus totiusq; Almæ Provinciæ Salutem perennem. Benedictionis Paternæ plenitudinem, ac Cœlestis Fratriæ ubertatem!

Obvium provenit est, ac sæpenumero declamatum, qualiter magnus ille Pater Isai non aliunde, aut extraneum, licet præceptum, aut famulum vel Mercenarium, etsi fidelem, sed de sua Domo Davidem Filium suum, Fratres sui Saul contra Philistæum militantes Visitatum ablegaverit, his egregiis verbis instructum: Fratres tuos Visitabis: Si recte agant, et cum quibus ordinati sunt, discas. I. Reg. 17. Sed vide quid agat optime Pater Isai! Non enim te latet Gen. 37. Similem ablegationem Josephi ad Fratres suos, invigilantes, et ad Seminarium extitisse; Josephi à Fratribus suis sed nitem quæsitos, utpote virgineo, et adhuc

ut ea singula, quæ Gloriam Dei, animarum Salutem, Ordinis Nostri honorem, ac Provinciæ decorem, et incrementum augere possunt; Signanter defectus omnes rerundum, Correctos, aut saltem non emendatos, plenè et sincerè confidentia, omni seposito livore et passione, verè, ac conscientiosè juxta Regulam Evangelicam, mihi patefaciant; quo facto, et obligationi Regulæ Nostræ, et quieti, sive puritati Conscientiæ propriæ, ac sorum Superiorum Saluti, sine remorsu interni Judicis adæquatè satisfacient; et ego sic gravioribus corrigendum occurrerit, salvenè medelam ferre. Sallo intermittam. Ad hoc autem meum, intentum efficatius prosequendum, quædam in antecessum, intimanda duxi, et quidem sing: Patres Superiores Locales admonitos; imo, Demando, ut facta præsentium Publicatione, Subditos Suos sine expressa mea Facultate ad loca notabiliter remota non mittant, nec mitti faciant, sed omnino domi detineant; maximè dum præsentium meam brevi adfuturam conjecturaverint; quatenus in Adventu meo pro officij mei sedulitate habeam ad effectum, ut quilibet Suas necessitates tempore Canonicæ Visitationis præsentialiter exponere valeat.

Sinc præviè admoneant Suos Capellanos, ut omninò vel in proprio, vel saltem in Primori Loco Nostro Religioso se se peregrinaliter sistant pro Visita Canonica. 2do: Ne autem quisquam se se absentandi prætentionem habere possit, casu omnes obedientialiter, rotundum ad effectum dedictas. Tertiò, Patres Superiores Locales exhibebunt Libros Rationum, Introitus et Exitus Eleemosynarum pro Recipione, ac Subscriptione; Inventarium, Sacristiæ, Bibliothecæ; Supellectilium Domesticarum; necnon Protocolla Localia in bonam formam redacta; Libros item, in quibus literales ac Puncta, seu Ordinationes communiariales ac Diffinitoriales describuntur; aliaque omnia, quæ juxta consuetudinem Visitatoribus exhiberi solent. Nè verò quis suppeditet ignorantiam prætendere possit præceptor Superioribus Localibus, ut Sacræ meæ Intimatoriæ mox ut receptæ fuerint, in publica communitate legi curent, ac notata Die Mensis, Subscriptas, Secura occasione de Loco ad Locum, juxta Ordinem ad extra assignatum mittant; ultimus autem Superior, eas mihi remannabit.

Ut verò hæc mea Intentio, quo ad omnia Solatium ordinata est, sic non frustraneus effectu, omninò etiam Religiosæ pietatis, et fervida in Sacrificijs, ac precibus, devotionis imploro juvamina, ut multiplicatis Intercessoribus Divina benignitas clementer mihi largiri dignetur, quod mea infirmitas negavit obtinere. Valete in Dno dilectissimi, in Xto Patres et Fratres Sanctificamini, et mundi estote, ut parati inveniamini in die Visitationis Vræ, quos omnes, etsi corpore absens, Spiritu tu præsens, interim in osculo pacis Saluto, et Benedico, in nomine Patris et Filij, et Spiritus Sancti. Amen.

Dedi in Conventu V.Clarcicrop. ad Nives Mariannas, Die 25ta Febr. Ao 1768.

Idem qui supra
Fr Augustinus Lapdain
Comm. Visit. Generalis.

(L.S.)

Fr Augustinus Lapdain, Ord. Min. S.P.N. Francisci Stric. Observ. Provinciæ Transivæ Apostolici S. Regij Stephani, Sacræ Theologiæ Lector Jubilatus, Pater Vice-Generitus, et Custos Actualis, ad præsens allegatæ Provinciæ Commissarius Visitator Generalis, et humilis in Dno servitus.

Dilectissimis, Rdm Patri, Fratribus, Vobis Patribus, ac charissimis in Xto Religiosis Fratribus totius almæ Provinciæ, salutem perennem, Benedictionis Patrinæ plenitudinem, ac Cœlestis Fratriæ ubertatem!

Purpuratus Antistes, et Doctor Hipponensis S. Pater Augustinus triplex sanctum amorem, ac Christiano pectore dignissimum pervidebatur habuisse desiderium, nimirum: videre Christum Dnum in terris conversantem. Antiquam Romam triumphantem: et Divum Paulum Concionantem. Sed et meum, à quo sanctæ Obedientiæ accessit ingenium ad Visitandam hanc Provinciam, triplex erat votum, seu desiderium; non quidem illud sancti Patris Augustini, etsi sanctum: nec crudele, ac barbarum Imperatoris Caligulæ, qui universo Populo Romano unicam cervicem optabat, quam uno ictu demetere: Nec curiosum alpestris Regij Castellæ, qui ad fictos Amicos discernendos, fenestram in pectore uniuscujusque desiderabat, per quam, quid intus ageretur, pateret; sed primum, Deus adspice, et fideli comite viæ, S. Raphaële, feliciter terminare Visitam Canonicam. Secundum, conversantibus Vocalium Vestra Electiones Canonicas feliciter terminare. Tertium, completis actis Capitularibus attingere finem meæ Delegationis; ut tandem cum gaudio valerem Patri nostro Stai, qui me misit ad Visitandos Fratres, omnia esse prospera, et perfecta circa Fratres meos.

Benedictus igitur Deus, et Pater Dni nostri Jesu Christi, Pater misericordiarum, et

Deus totius consolationis, qui præviâ vitæ emendâ Angelo Raphaële, ac Vestris desideratissimi Patres, et Fratres, efficaciter supplicantibus precibus, ita clementer benedicere, omnesque labiosæ peregrinationis meæ arduas semitas pro sua inscrutabili pietate dignatus est prospicere, ut in tot diversimodis itineris asperitatibus infirmitas mea non defecerit, integrumque totam fere Provinciam juxta Munerum, mihi rationem delegati curâ, quantum ex alto concedebatur, lustraverem, et canonicè visitarem. Cum ergo reliquum Canonicæ visitationis munus, Deo omnipotentis speciali auxilio adjutus prosequerer, jamque felicitèr superis faventibus ad optatum finem juxta mecum deliberata deducere cuperem, nihil mihi superest, nisi, ut eò proximè futuri Capituli Provincialis Celebrationem tendam, et intendam.

Habitâ proindè facultate præfatum Lectorem in Cœtu Patrum Communitatis Generalis Ingolstadii Ratisbonæ à Venerando, Superiorique nostri Calendissimi: facta partibus desuper Consultatione Patrum in Alma Provincia benemeritorum, dictum Capitulum Provinciale tenore præsentium indico, indictumque Vobis omnibus, et singulis Promulgo Canonicè Celebrandum; pro cujus Canonicâ Celebratione Decerno, ac Statuo Conventum nostrum Villæ Popolitanum B. Virginis Mariæ, ad Rivos, Diem verò 15tum Mensis Maij currentis Anni 1768; quod Vobis meis Chirographis Intimatoriis Convocatoriis, in omni meliori forma Legali Universis Almæ Hujus Provinciæ Strepitantibus Fratribus Calendissimis Patribus Sacerdotibus, Fratribus, Volo esse Intimatum. Et imprimis ad illius vitæ Celebrandum, tractandaque negotia Provinciæ, ac Capitularia, canonicè Citò, et in merito salutaris obedientiæ convoco ad Præfatum Conventum Adm. Rndum Patrem Ministrum Provincialem, Rndos Patres Definitores Actuales, et Rndum Patrem Secretarium Provinciæ. Die 11ma præfati Mensis May ad Locum competentem Deinde Rndos Patres Guardianos omnes, et singulos convoco, et sicut pro Voti activo hic competente comparitores ad Vesperum Diei 13mæ mox dicti Mensis May, ubi sic præmissis præmittendis, ac illuminante Spiritu Sancti gratia, ad solitas Electiones præfato termino advenitur devenire valeamus. Roverint autem omnes, et singuli Patres Vocales, quod si quis eorum præfixis, Loco, et Termino, quacunque demum ex causa, non comparuerit, tali absentia non obstante, in hoc omnes conformiter ad Constitutiones Nostras, profatamque laudabilem consuetudinem quilibet Religiosus ad Electiones canonicas confirmationes, aliasque solitas Dispositiones Capitulares procedam, non secus, ac si omnes præsentes interfuissent. Demo autem Sive Patrem, sive Fratrem præter jam Citatos ad dictum locum Capitulo accedere præsumat, jurantibus Comitiis, sub pœna Apostasiæ, nisi expressam à me Habuerit in Scriptis facultatem.

Et, ne Conventus iste Capitularis, aliis etiam minùs necessariis gravetur expensis, ordino, ut Patres Guardiani secundum Vicinitatem Locorum ita se disponant, ut ad minus duo, et duo una occasione Locum Capitularem accedant, nisi imperiosa tempora Status aliud exposcat. Patres verò Guardiani, de quorum Familia est aliquis Patrum Diffinitorum, ne extra multiplicentur absque necessitate, si velint, poterunt ei se associare. Meminerint autem Patres Guardiani secùm deferre Sequentia, imò: Extractum Introitus, et Exitus, ac Remanentiæ Eleemosynæ Pecuniariæ à Superiore Apostolico, et duobus saltim Discretis subscriptum, ac Sigillo Conventûs roboratum. 2do: Debita Activa, et Passiva. 3tiò: Attestationem juratam ab omnibus Sacerdotibus suæ Familiæ subscriptam, Sigillo munitam, quòd omnes Missas à Superioribus assignatas persolverint: ipsi verò Superiores quòd omnes tum Perpetuas, tum Manuales Missas absolvi curaverint. Item, an, et quot absolvendæ remanserint. 4to: An omnes Defunctorum Recollectiones absolverint, et qui non, et quorum causam. 5tò: Fructus Missionarios ab ultima Congregatione Intermedia comportatos. 6tò: Specificationem Virtualium; Tritici, Vini, Lardi, Butyri, Piscorum, Lignorum, Avenæ, Lanæ fumatæ, &c. Imò: Frumenti, tam in aere, quàm in natura ex Capellaniis Sui: licis. 8vò: Patres Lectores, tam Philosophiæ, quàm Theologiæ Calculos suos Distributorios, ut et Instructores Linguæ Germanicæ; prout et Professionem tum Calculorum, tum numerum Suorum Scholasticorum. Patres Studentes Annexatis specificata respectivè tum Juvenili Resignatione suæ Professionis accurate ad Locum Capituli tempestivè Submittant.

Ne verò quærens Familia Religiosa suo legitimo Superiore viduata, et Fres suo Pastore intra per tempus orbati, recta Juventi normam, Regularisque Disciplinæ via deflectere videantur; Sacrum Virtute, omnes Patres Juventutis, post Suos Patres Guardianorum directum: nisi per Speciales Institutionem aliter per me fuerit provisum, immediate sint, et subsequitur legitimi Præsidentes, ac Conventuum Superiores; quibus omnes, et singuli de Familia, nemine excepto, debitam præstare tenebuntur obedientiam, sicut præstabant suis Guardianis, ipsumque Patres Vicarios, tanquam Præsidentes Sibi monco, et exhortor, ut decursu temporis Capitularis nihil immutent; sed fideliùm Conventuum curam gerant; disciplinam Religiosam exactè observent, observarique faciant; ab invitationibus Hospitum prorsùs abstineant; pacem et charitatem conservare studeant; inutiles curas ac evagationes extra Conventum restringant; et denique se ipsos exemplares custodiant; neque ullius ipsorum intellecta Capitulari mutatione, Conventum sibi concreditum deserere præsumant ante adventum novi Guardiani; vel saltem in casu urgenti, prius coram duobus Patribus Discretis de fideli administratione se justificaverit.

Porrò; quia omne datum optimum, et omne donum perfectum desursùm est: ut Spes Sancti gratia actionis maximas Capitulares adjuvando præveniat, et adjuvando prosequatur, ut omnia ad ejusdem gloriam; Provinciæ decus; ac uniuscujusque in particulari consolationem cedant, præscribitur ordino, ut à Die receptionis, et promulgationis Sacrum Convocatoriarum, in Conventibus post Laudes, et Vesperas; in Residentiis verò post solitas Mentales orationes, Hymnus Veni Creator, cum consuetis Versiculis et Collectis, de Spiritu Sancto; Immaculata Conceptione B. V. Mariæ, et S. P. Francisco, indirgentabiliter retinentur; Patres qualibet die in Missa faciant collectam de Spiritu Sancto; Fres verò Laici orent trina Pater, et Ave. Ipse autem Rndus Vitruli in omnibus Conventibus et Residentiis mane coràm Missa de Spiritu Sancto Solemniter celebretur; sub qua Fres Clerici, et Laici præmissa Sexmili Confessione, quæ pro hac vice libera indulgeatur

devotè sumunt Sacram Synaxim; sicq; ardentissimo, ac sincero affectu Supernam assistentiam Spiritus Sancti, una voce, et corde implorent; libros à Patre Luminum Pastorem optimum, et Prælatum provisum fervide supplicent, qui eosdem verbo, et exemplo regnoscat, ac regat. Denique, ut sua mira ordinatio quamtocyus ad omnium perveniat notitiam, sexto Decembris Superioribus Localibus, ut transumptum sui perceperint, eas mox suis communitatibus publicari faciant, ac notato Die receptionis, publicationis, ac promotionis subscriptas, de loco, in locum absque mora promittant.

Valete, in Dño desideratissimi Patres, et Fratres. Deumq; pro felici agendorum successu jugiter orate; meq; imbecillem servum vestrum sacrificijs, et precibus juvate, et scripta benedictione incessanter fruimini. Datum Cibinij, Festa Aprilis, Anno 1768.

Idem, qui supra
Fr Augustinus Kapzain.
Commissarius Visitator Prælat

Fr Jucundianus Ambrus Ord: Minor S: P: N: Francisci: Strict: Observ: Prōa Franciæ S: R Stephani Prædicator Sa' Theologiæ Lector Gnlis ac Prōæ P: Emeritus. Nec non ad præsens prædicta' Alma Prōa Commissarius Visitator Gnlis, et humilis Servus.

Dilectissimis Almi Rudis, Rudis, Mudis, ac Venerandis Patribus, item Charissimis in Cato Religiosis Fratribus ejusdem Almæ Provinciæ, Salutem et Paternam benedictionem.

Quid Vinea Domini pulchrius? et quid Religione utilius? Etenim attestante Prophetâ Zacharia cap 8 Vinea dabit fructum suum, et terra dabit germen suum; et fructus vineæ Si consiederentur, super mel dulces, quia jugum et laborantium in vinea Domini, aut Religione Suave, et onus ejus leve; flores vineæ Religionis ut carbunculi in tenebris clarius sua lumina vibrant qua Charitas est à Divini amoris igne quagua versum in suam, et proximorum salutem diffundit viriditate Similis Smaragdo ter- convenienter rena administrationis actione pallet. Similitudines vineæ ad Religionem astantur neum discerat de se ipsa Inhumanata Sapientia, Ego Sum Vitis Joan cap: 15 dilectos autem Apostolos et Discipulos vocavit palmites, utique vitis et palmes non inter opacos nemorum recessus, nec in petrosis montium rupibus, sed in vinea plantantur est necesse, ut sic fructificetur ergo Vinea electa Religio est, Religiosi palmites, Ego plantavi te Vineam electam Jerem: 2 Sicut ad melius adhærendum, seu sustentandum, et comodius maturandum Botrum palmes alligatur ligno, non minus in Vinea Religione per spontanea vota quivis alligatur Religioni, alligatur Ato Deo per Cui per obedientiam in superioribus jungimur, qui factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis Philip: 2 ut a Cruce Domini sustententur palmites, id est Patres et Fratres vineæ in asperitate, obedientia, et castitate permanentes. Quos autem fructus attulerit hæc S R Stephani vinea exequiis Reverendissimus P. Porcialis à Vanisio Minister Gnlis totius Ordinis & me ad inves-

ligandum, nihil, cujus patentales dum desuper vidissem Gremebundus hasi virium exiguitatem meatum cognoscens, roborisque imbecillitatem ad hoc minus implendum in turbulento undequaque tempore magis magisque presidare incepi Ad in Deum omnem solicitudinem facens ad Bonum almae Provae hujus S. Ap. Regula ni Matris dilectissimae paratus pondus hyemis sustinere Obedientiae vinculis ligaJugo pergam, et confido Auxiliari dilecto fructus maturos submittam.

Hocque per presentem Visitationis circulationem Omnibus tam in communi quam particulari Almae Provae Patribus suis Tit. Dignissimis, et Charissimis Fratribus me indignissimum Commissarium Visitatorem Gulem humillime intimo et presento, et simul futuram Visitationem Canonicam Legaliter indico, et denuntio rogans singulos ut ea quae sunt ad animae salutem, et Religionis honorem et augmentum sincere sine ulvore mihi patefaciant, ut adaequate omnia corrigere possim salutarem praestando medicinam, Deus vos Judex vivorum et mortuorum propter delicta aliena Judicabit,

Volo autem videre palmites, quales fructus tulerint: an pax Religiosa, Charitas fraterna, vota essentialia cum aliis praeceptis Regulae Sanctae in palmitibus pullulaverint.

Ut autem facilius prosequi possim meum intentum, Omnes Superiores adhortor per obedientiam ut publicatione harum Encyclarum peracta Subditos suos ad loca visita sine urgenti necessitate non mittant, sed domi contineant quantum possibile, ut juxta Officii mei exigentiam praesentes habeam, ad hoc his meis desiderii, fatos tempore visitae Canonicae exponere valeant.

Annullo praeterea omnes Obedientiales ab inferioribus me expeditas, nisi res non esset integra, Tandem P.P. Superiores Locales exhibebunt mihi Inventaria Sacristia, Bibliotheca, Libros rationum Subscribendos.

Ne autem quis ignorantiam habeat praecipio, ut has intimationes publice legi curent, ac notato die Subscriptas per fidelem bajulum de loco in locum juxta indorsationem mittant, et ad meas manus devenient ultimate. Quod vero Superest rogo omnes ut fervidis precibus meam imbecillitatem juvent, et prosperi successu in omnibus Conventibus finita Nona Responsorium Sancti Chorus absolvat in Recidentia post meditationem matutinam.

Valete omnes dilectissimi P.P. et Charissimi Fratres Ego absens corpore, praesens tamen Spiritu vos benedico, In Nomine Patris et filij et Spiritus Sancti amen

Datum in Residentia nostra Legevariensi die 21 februarij Anno 1771

Idem qui Supra
Fr. Jucundianus Ambrus Comissarius visitator Gulis

L.S.

Fr. Jucundianus Ambrus Ord. Minorum S. P. N. Francisci Strictioris Observantiae, Ss. Theologiae Lector Gulis, Pater Provinciae Emeritus Provinciae Franciae S. Regis Stephani Commissarius Visitator Gulis et humilis in Domino servus.

Judicial

Dilectissimis in Christo Adm: Reverendis Reverendis, Mi, Venerandis Venerandis Patribus, & Religiosis Fratribus, Salu tem et Seraphicam benedictionem.

Fraventibus superis potiori ex parte perambulavi et lustravi Civitatem pri dem adificatam, sera hortum viis arboribus redolentem in hac Alma Provincia S: Regis Stephani, id est Vineam electam, ubi palmites et Custodes Vineæ velut capita cum membris, juncta mecum posse visitavi, ægris manum imponens dema dante Christo Domino, Evangelistæ Marco cap 16to attestante, et jam super est tantum ut ad Ovile quidam dispergantur; quem in finem vigore præsentium determino locum Capituli celebrandi Conventum Candidopolitanum B Mariæ ad Nives; diem vero 26tam mensis Maji Sanctæ Trinitati Sacram, quo omnes eos qui de jure in Capitulo suffragium habere dignoscuntur convoco, et cito, et quidem Adm: Reverendum Patrem Cornelium Beyerli actualem Ministrum Provincialem. Adm: Reverendum Patrem Augustinum Raphain Patrem Provinciæ bis emeritum, R Patrem Custodem actualem, Reverendos item Patres Definitores actuales, ac R Patrem Secretarium Provinciæ: Cito tandem omnes Reverendos Patres Guardianos; præterquos nulli ad Locum Capituli sub pœna Apostasiæ accedere licebit, nisi a nobis vocentur; ita quidem, ut in præfato capituli Loco Reverendi Patres Definitores die 22da mensis prædicti ad vesperum comparere valeant; Reliqui verò Reverendi Patres voca Loco 23 ejusdem mensis ad vesperum hic esse possint.

Præmonitos autem Cupio omnes Reverendos Patres Conventuum & Residentiarum, ac Hospitiorum Superiores, ut sequentia accurate confecta tempestive transmittant, aut secum deferant. 1mo Resignationem Officiorum, 2do Extractum Introitus, Exitus, & Remanentiæ. 3tio Debita activa, et passiva. 4to Juratam allegationem missarum, absolutarum, et absolvendarum. 5to Testimonium de absoluta Recollectione octiduana singulorum. 6to Fructus Missionum. 7mo Specificationem omnium victualium, item et Proventuum. 8vo Proventus Capella, tam in arce, quam natura. 9no Catalum Studiosorum tam Religiosorum, quam Sæcularium, pro Curatores, sive Præsides Confraternitatum, & Congregationum, uti et Regentes Seminariorum Extractum Introitus, Exitus, Quotationum, et eleemosynarum, et hæc omnia quantum possibile erit, in Chartis descripta mittant aut secum portent.

Nè autem interea Administrationes Conventuum detrimentum patiantur, ac sine Capite remaneant, vigore præsentium Vicarios Conventuum instituo in absentia Guardianorum, Præsidentes, quibus tenebuntur omnes obedire, et fideliter Conventuum curam habeant.

Verò omnes ad Dei gloriam, Provinciæ decorem, & Singulorum Consolationem nos, tri Conatus Succedere possint, a die receptionis harum usque ad diem Capituli inclusivè, post matutinum et vesperas devotè recitetur Hymnus Veni Creator; cum consuetis Orationibus: Ipsa verò die electionis in singulis Conventibus et Residentijs hora 6ta decantetur Missa solemnis de Spiritu Sancto: In Missis privatis Sacerdotes faciant Collectam pro eventu prospero de eodem Spiritu Sancto: Fratres autem Clerici, et Laici; indulta illis pro illa die Confessione libera; Confiteantur, et Communicent sub eadem Missa de Spiritu Sancto decantanda.

Porrò ut sic ordinata ad omnium Patrum & Fratrum notitiam pertingant volo

ut Superiores Locales, quàm primùm percepérint præsentes, eas illico sine morâ perlegi curent, et juxta indorsationem Subscriptas promovere studeant.
Valete Patres et Fratres Dilectissimi, et pro me Deum orare momentote.
Sigl: Clandiopoli 23 Aprilis 1771

Idem qui Supra
(LS) Fr Jucundianus Ambrus Comm: Visit: Gubio mpa

P.S. R.R.P.P. Guardiani conentur simul in uno Curru venire.

Fr: Ambrosius Golyóbis Ordinis Minorum Reformatæ Provinciæ Sanctæ Salvatoris in Hungaria Concionator, S. Theologiæ Lector, et pro hac Vice Ejusdem Ordinis Religiosæ, ac Laboriosæ Cohortis Gloriosissimo Sanctæ Regis Hungariæ Stephani nomine militantis Provinciæ Transylvaniæ Generalis Comissarius Visitator, et humilis in Christo Servus.

Universis, et Singulis, Superioribus ac Subditis Inclytæ Provinciæ Septicollis Daciæ Sanctæ Regis Nostri Stephani Patribus Suis Titulis dignissimis, nec non Charissimis Religiosis Fratribus Clericis, atque Laicis, Salutem ab, et in eo qui Solus vera Salus est, omnigenamque gratiarum omnium libertatem, ac pacis ab ipso promissæ Serenitatem.

Optimum, maximum, ac Supremum Universorum Conditorem Deum Monarchico Gubernio mundum regere universum perbelle nemo non novit. Cuippe unum Archangelum Principem Sanctum post Deum in Cœlo agnoscunt Angeli: perinde unum Pontificem Summum post Christum venerantur in terris Fideles Christiani.

Charissimi Patres, et Fratres! Quem providentissimus Deus, qui cæteros, quin inhabitare faciat populum unius moris in domo, sublato inter Cœlites Seraphico Patre nostro Francisco suscitaverat super plebem Franciscæam Pastorem unum, qui pasceret eam. Pastorem hunc, ceu Caput Nostrum tantoperintueamur. Inter multiplices curæ in Ordine Seraphico muneris sui labores Sanctissimus Pater Generalis Paschalis à Varisio pia meditatio, ne perpendens communem illam Sapientum paroemiam: Nemo sibi sufficiens; pro Pastoralis sui muneris, ipso confidente, vigilantia, solers adhibuit studium, ut cuipiam de Viris suis Religiosis vires, ac voces suas committeret. Libuit porro Sanctitati, cui Subditorum suorum minimum, Sum Comissarium Visitatorem per Sedes in Provincia mihi Concreditæ Venerabili Conventu Desiensi patentibus ab se emanatis, instituere, atque sic constitutum declarare, gratiose mihi Concedendo plenipotentiam in Regula Cavita, et membra, omnemque suam authoritatem ad hujusmodi opus implendum perquam necessariam delegando. Fatendum, ornavit me, at et onerarit!

Creatis Celeberrimi Patres, Fratresque Charissimi, occurrent mihi in primordialibus delegationis istius non modo Symbola globi Cœlestis, quæ juxta Authorem Mundi Symbolici sunt. Infatigabilis. Obedientiæ. Verum et Lemmata, qualia sunt: Assiduo discrimine factor. Fideesse agendo. Quacunque conforme. Venere in mentem alia quoque ejusmodi Symbola, ut: imperterriti animi. Providentia Dei. Et Lemma alterum, quod est: Nihil sine Deo. Illico mentem subiit D. Bernardinus Senensis Sermone 1mo de S. Joseph taliter loquens:

Omnium Singularium gratiarum alicui rationabili Creaturæ communicatarum generalis Regula est, quod quandocunque Divina gratia elegit aliquem ad aliquam gratiam Singularem, seu ad aliquem Sublimem statum, omnia charismata donat, quæ illi Personæ sic electæ, et Ejus Officio necessaria sunt, atque illam copiosè decorant. Quare attento animo ac ferventissimè ista versans, volvens, revolvensque, Confessus insuper in Sacris Fratrum meorum, ad quos visitandos, et pernoscendum, quid agant? destinari me videbam, precibus, libens ornanti oneri submissi humeros, opus cœli ratus, absque Domino factum esse negotium istud, tametsi mirabile esset in oculis meis.

Erat sane munus, et illis tantum destinari solitum, quibus animus est insigni robore septus, et vires animo pares. Interim, quo primum tempore ad horce munus me destinatum intellexi, actutum ad ea animum, vires, cogitationesque meas direxi, quæ adjorum pertinerent: eaque parare ac efficere Deo ipso adjuvante omni adhibito studio contendi, quæ ad executionem illius effectivam necessaria fore judicabam abiturus in montana cum festinatione. Atque ab hoc tempore continuo obversatur mihi mens, tum istud D. Chrysostomi hom. 87. in Joan: Opus suscepisti, id considera, perfice, labora... officium tuum cura, et exequere. Hinc Paternè significo toti Almæ Provinciæ quam ad præsens cura mea completitur me prospere modulantibus Hungariæ Latitudis, ad Conventum nostrum Decsiensem pro Die 1ma. Maji Secundissimo successu appulisse, honorifice excepto me, Reverendissimi Patris Mri Gralis auctoritatem vicariam, quam immeritus sustineo, in me condignè cultam fuisse, Sigillum commissæ mihi Provinciæ Daciæ isthic, honorem mihi personaliter faciente A. R. P. Mistro Provinciali, ut addecet, admanuatum esse, eumque incipiente Majo Decsiensem Conventum nostrum, secundum Sacri Ordinis Jura, nec non Municipales laudatæ Provinciæ Constitutiones, primùm Canonicè visitasse, id quod eò Consilio fedi, quippe Bona Domus in ipso Vestibulo debet agnosci, inquiente S. P. Amb. L. 1. Offic. C. 18.

Ecce ergo ingressu adhuc pacifico, veniam tamen, et descendam ad reliquos quoque Conventus, et Residentias, visurus in eis Fratres meos; quam vis tonet cœlum, nullus timori erit locus: terrant transvecta montium superbia et concava vallium latifundia, dos sexcenta vitæ pericula: nihil horum vereor, neque facio animam meam pretiosiorem quam me, dummodo consumem cursum meum, et ministerium, quod accepi, imo vel hoc ipso nullum meridiem noscam, ubi ad inertiam cubem; nullum Septentrionem, ubi ad torporem obrigescam; nullum Occidentem, ubi me met ad quietem, et somnum negligentè componam, cupiens semper esse in ortu, utilitatibus Vestris, progressibus nostris animose intentus.

Veniam igitur, Stabo subinde firmo corpore, sed et tunc Seraphinorum instar volabo, per Considerationem, et proficiscar per Vigilantiam, chorebor in circuitu Sedis Siculicæ, æmulaturus animal Apocalypticum, de quo Christi Beniaminus in sua Apocalypseos 4. ubi V. 6. dicit: plenum fuisse oculis ante, et retro. V. porro 8. In circuitu, et intus. Enim verò juxta Pontificem Qualfridum: Plenitudo oculis ante, et retro, intus, et in circuitu Visitatoris innuit vigilantiam Singularem. Ita planè: ante, et retro: quoniam quotusquisque Visitator considerare debet ante actam delinquentis vitam, ut dignoscat: num præsens actus ex mera provenerit fragilitate, vel autem ex antecedenti malè agendi consvetudine. Et retro: qualia delinquens asserat proposita? Utrum spem vitæ imposterum melius instituendæ promittat? quasi irretorta oculorum acie considerare, atque investigare debet Visitator intus, et in circuitu: intus solerter examinando de transgressionibus Conventuum, et Residentiarum; an Fratres respectivè nulla, veruntamen exempti saltem pro certis duntaxat casibus horâ surgendi servant velociter pro verso horario ad Matutinum? horis diurnis frequenterne Choro conveniant ad orationem mentalem? Vespertinam Recollectionem, in quibus scopeat spiritum suum? num comprehendant, et faciant disciplinam? custodiant temporibus hujus silentium? Servent jejunia conformiter ad præscriptum Salutarium Statutorum? Utrum pacem veram habeant ad invicem? Et erga Superiores suos obedientiam promptam, et Reverentiam sinceram? Denique in circuitu vadat Visitator examinando externam conversationem, num ii, qui foris sunt, Secularibus, Religiosa sua conversatione relinquant bonum, aut irreligiosa scrim pargant pravitatis exemplum?

Veniam inquam: non quidem in Virga ferreâ, neque tamen si opus fuerit: sicut bonae non audiens, et non habens in ore suo redargutiones. Veniam instar benigni Viri Borromæiani neminem ledentis globi. Veniam ut Pastor, non percussor, ne Animum Pastorem convincar non amare, et gregem ipsius odisse. Usurpabo mihi colis officium quæ ferrum reddit acutum, cum sit inutilis ad secandum. Discrete audiam deponentem, et auditos defectus ad justam reducam æstimationem. Patienter tollerabo, et illos denuntiatores, quibus deest judicium, quo defectus pondere debito valeant æstimare. Si quis fortè graviora adduceret quidem, sed ea suspicionibus duntaxat in insufficientibus rationibus fundatis, et relationibus incertis, cautus ero, nè et ipse in similes abducar suspiciones: Interea auream ei imponituras Virgam.

Quia vero Christissimi Pris Nostri Pralis, Cujus Vices gero, cordi maximè est, ut videlicet haec quoque Provincia Regularibus foveatur institutis, Virtutumque omnium radius ad Dei Gloriam, Nostrique Seraphici ordinis decus, et honorem indies magis magisque effulgeat: idipsumque in votis, et desiderijs meis geritur, ut in hoc obeundo munere, Gloriæ Dei, honori Seraphicæ Religioni, Seculi ædificationi, Regularis Provinciæ emolumento, Disciplinæque Regularis incremento studeam: idcirco nè adveniente Visitationis canonicæ tempore quidpiam seu per omissionem disciplinæ, seu per commissionem dissoni, et irregulati enascatur, quod aut me ad indignationem provocaret, aut ad faciendam animadversionem compelleret: quod cæteroquin alienum à me exopto: priusquam appaream, signate vobis significo, me serio, et expresse velle, ut sequentia omnia fiant ordinatè, suumque sortiantur effectum. Et quidem

Primo: Ut suis titulis dignissimi P.P. Superiores primas has meas Encyclicas coram Capitulariter congregata Fratrum Corona publicari curent, non cursim, sed tractim, intelligibili, matura, et gravi voce, et prælegente aliquo Sacerdote Religioso graviore; quod Superiores tempore transmissionis harum suis vicinis faciendum per literas communicabunt. Publicatas ad Librum ad hoc designatum transumi, et inseri faciant; transumptas die perceptionis, et publicationis à foris signent, et indilate ad locum à dorso positum fida occasione promoveant, usquequo ultimus mihi fideliter reddat.

Secundò: ut pro suscepti muneris ratione, omnibus omnia factus, singulorum necessitatibus pro posse Charitativè subvenire: non enim sum tam inurbanus, ut justas cujusvis preces indignabundus non audiam, nec tam inhumanus, ut supplicantium vota fastidiosus rejiciam: et de ore, ad os loqui valeam: in virtute S. Obedientiæ præcipio iisdem P.P. Superioribus, quatenus si, nisi ne exhibitas aliud suaserint sonnes Veritationem peragere valeant, in eo ad laborent: Hinc sine gravissima causa circa collimati adventus mei tempus pro longiori tempore non exmittant. Quare Fratres omnes, cujuscunque gradus, et conditionis sint, cessante rationabili causa domi contineantur: omnibusque pro tempore præsentia mea, ante finitionem Visitationis, factamque hujus apertionem, egressum è limitibus horum conventuum absq; mea speciali facultate viva voce obtenta Sub pœna Apostasiæ ipso facto incurrenda, interdico. Illi et à tempore resignati Sigilli Suspendo, imo casso omnes Majores facultates, et Obedientiales literas alienas, non dum in effectum reductas. Pro nata nihilominus gravissima talismodi causa volo, ut quicunque Sanus: nam quoad domesticos infirmos mihi reservo illud: Non te pigeat visitare infirmos. Eccli. 7. v. 39: si pro visitatione adesse nequiverint literas obrigillatas mihi relinquat, et in illis sincere mentem aperiat, sive habeat querelam aliquam, sive non. Qui verò jam anti foris erant, nequè redire possent, his Superior localis hanc meam voluntatem significare in tempore non intermittet. Quodsi hanc significationem fieri temporis brevitas quadantenus haud sineret, eorum Literæ ad me in loco Capituli constituto dirigantur. Hæc non sine causa intelligantur de solis Scribere Scientibus.

Tertio: Fidem Superiores efficient, ut dum ipsi pro visitatione comparebunt accurate mihi fiat exhibitio Librorum rationum: Introitus, et Exitus Eleemosynæ pecuniariæ, ad revidendum, et Subscribendum: Item inventarium

Sacristiæ, Suppellectilium Domesticarum, Rothocolorum localium, Librorum descriptas Encyclicas seu circulares litteras, nec non Ordinationes Commissariales et Definitoriales continentium; aliaque omnia juxta laudabilem Provinciæ consuetudinem RR. Visitatoribus exhiberi solita, quæque Ego, brevitatis studio hic omitto, ibi necessariò videnda, atqs implenda esse scio. Hoc ipsum facient Patres alteri, qui occasione sui, quod gerunt officij quodpiam litterarium documentum sub sua curatela habent.

4to. Protinùs, ac pervenero ad Conventum Fagarasiensem P. Guardianus Loci nomine meo eorsum citabit Rem Præsidentem Rupesiensem, Hoc ipsum eatenùs facere non omittet P. Præsidens Thordensis Residentiæ quoad Rem Præsidentem Thorozkó-Szent-Györgyiensem, suorum Visitationem in litteris per eos Subscriptis, et obsignatis ambos allaturos.

5to. In eadem Obedientiæ virtute præcipio omnibus, et singulis Patribus, et Fratribus, quatenùs sepositò odio, passione, et livore erga Confratrem in tempore afuturæ Visitationis Canonicæ fiducialiter detegant, quæ de jure detegenda existimaverint, pro Majori Dei Gloria, morum ipsius reformatione, Disci, plinæ Regularis conservatione, atque incremento. Paterne hic moneo, et adhortor, ne quis errata jam correcta modo accusatorio deferat, si quis enim ex loquacitate quadam, à fortiori ex Zelo malo contra Fratrem Suum detulerit, noverit se in publico producendum, ut talis agnitus videtur: nam latrones malitiosos, et detractores non esse foveros ipsimet concedetis. Perinde, si quis falsum, quod probare non potest, seu illud leve sit, seu grande, coram me accusatoriè platerarit, pœna talionis sciat se subjiciendum. Cautor, et nimium quidem volo conspiratores iniquos. Omnes hujusmodi Religiosi recogitent illud Proverb. VI. v. 5. Qui ruina lætatur alterius, non erit impunitus. Cavant ne hac involvantur Dei Sententia; tales enim agunt contra ipsius prohibitionem istam: Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, et in ruina ejus ne exultet cor tuum, ne forte videat Dominus, et displiceat ei, et auferat ab eo iram suam. Videt autem semper hanc latonem iniquitatem, et displicet ei, et plenumque gratiam emendationis tribuit humiliato, quam subtrahit ab accusatoribus ejus, donec et ipsi eveniant in easdem correptiones, et confusiones secundum judicium æquitatis: Qui foveam alteri fodit, incidet in eam. Et: Qui statuit lapidem proximo, offendet in eo. Et: Qui laqueum alii ponit, peribit in illo. Facienti nequissimum: advertite: nequissimum: consilium super ipsum devolvetur, et non agnoscet, unde veniat illi. Eccli. 27. v. 29. Deb hæc absens scribo, ut non præsens durius agam secundum potestatem, quam Dominus dedit mihi in ædificationem, et non destructionem. 2. Cor. 13. v. 10. Præmoneo vos prius, quam fiat, ut cum factum fuerit, credatis. Cumque Divo Greg. in fine Pastoral. de ipso loquente: Ad perfectionis limen redigere studebo, qui adhuc in delictorum fluctibus versor. Quemadmodum autem hos moneo, ita omnibus districte mando, ut defectus tametsi correptos, non tamen correctos, mihi sinceri denuntient. Quisquis es, noli putare Frater! me ex hujusmodi denuntiatione solummodo pravam de Provincia tua asportaturum opinionem; quinimo consolabor videns, et audiens bonum Zelum Fratris pro puriori status sui observantia. Quapropter da Gloriam Deo, indica mihi, ne abscondas, Ego sum Frater tuus, noli metuere. Ro anima tua non confundaris dicere verum. Cæli esse de proditoribus illis, qui quæ faciliter egerunt Sæcularibus coram Visitatoribus caute, studioseque celant. Qui sedentes, adversus Fratrem Suum loquuntur, portam Diam et adversus Filium matris suæ Provinciæ ponunt Scandalum.

6to. Juxta Officij mihi commissi munus omnes non solum moneo, sed et prohibeo, ad Sæcularium favores recursum, pro officiis, et dignitatibus in Provincia justitiæ distributiva distribui solitis: memores sint pœnarum illarum, quas sum Pontifices in similes ambitiosos fulminant, qui favoribus, et suffragijs Sæcularium Personarum officia, et dignitates Religionis extorquere student.

hoc facto Ego immunem me mihi polliceor futurum ab importunitatibus, et forte non raro infundatis Dnorum Sæcularium quoad aliquos. cheum est clam datis opportunitatibus de singulo indagare, et hoc tempore prosequi condignis favoribus Paternis. Simulque Paternis gratijs.

7mo. Quandoquidem studia cedant ad decorem totius instituti nostri sacri, nec non peculiare ornamentum Religiosæ illius Provinciæ, in qua accurate studia decurrunt, per solertes docentes, et discipulos; eapropter prout mihi incumbit, de his quoque quadpiam experiri capio. Inde non præcipio quidem, ut coram me producantur, signanter publica, ac solemnes disceptationes Scholasticæ, libens tamen permitto fieri, si possibilitas adest. Utique si tempus, faverit, intendo, ut in præsentia mea per unum, tantum odo quadrantem singulas ex materia, quam tractat, examen subeat per suum Patrem Lectorem, aut Lectores, qui adjungere sibi possunt alios quoque Examinatores. Unde ad numerum studentium, jam duplicata exponentur principales quæstiones, ut de duabus singulis tentamen sustinere possit, ex solis quæsitis constans brevibus; posito extra formam, si placuerit Examinatori, uno, alterove brevi argumento. Intendo pariter visitare studentium scripta, num non sint negligenter facta; scrisitabor de desidiosis, quos nolo, ut sedeant tanquam piticoræ in domicilio; solida enim Scientifica cognitio non paratur, si manus ponas, ut sub axilla, aut maxilla: imo volo, ut pœnis arbitrarijs afficiantur. Idem esto judicij, in de his, qui suis choderatoribus volut indomiti recalcitrare non tam auderent, quam præsumerent. Latam studentium indolem nonnulli aliquos, Abortos, ut phrasi Cyprianiana utar, affectione potius, quam potestate, non quod extremus, et minimus, et Humillimus meus admodum conscius, aliquid ad censuram Licentiæ vendicem. Exhortor inquam ad sedulam studiorum, ac virtutum sectandarum diligentiam, ut olim evadat gaudium, et Corona Religiosæ Matri suæ Provinciæ.

8vo. Quos Deus perducendo ad Venerabilem Senectam, et Senium, ipse honorat, Ego quoque honorare plane volo; hinc R.P. Priori Loci Provinciali collocationem in determinato loco restringere nolo; ratihabeo tamen delectionem Conventus Claudiopolitani. Quocirca, si quis ad suam Paternitatem Rdm. Dom in aliquo humanitatis officio, negotijsque ad me non pertinentibus litteras dare voluerit, aut interroganti Domini Patroni idipsum præstare voluerint sciant Eandem Claudiopoli commorari. Cætera circa hoc officium meum concernentes, si tempus siverit, cum Venero disponam. Sperenim me aliquantulum temporis manere apud Vos, si Dominus permiserit. Unde movet me practica Regum Persarum Historia, qui non quiescebant ad placitum, verum quotidie servus dispiciebat somnum dicens: Surgito Rex, et somito curas a Deo tibi Commissas. Occurrit et illud S. Chrysostomi: Palatio multa indiget Principi, entia, et fortitudine. Unde ut Dominus custodiat introitum, et exitum meum, meque abomni malo. Ut prosperum iter faciat Deus salutarium nostrorum, desideriaque fortunet, quatenus cuncti mei Coralus, ad Divinæ Gloriæ incrementum, quæ verum humanarum est finis, inserviant, Humanorum Deum, per quem fatigati recreantur, quo deserente fatigamur, et præsente firmamur, mecum obtestabimini, et fundite assiduas, ac fervidas precationes vestras, quatenus in nos uberrimos, et copulatissimos fructus derivare dignetur. Servite itaque Domino, Viriliter agite, et confortamini, Omnia vestra in Charitate fiant. Memoresque mei. Valete in eo quam optime.

Datum in Conventu Oorbo Decisiensi. Die 2da. Mensis Maji.
Anno Millesimo. Septingentesimo. Septuagesimo Quarto.

Paratissimus in Christo servus
Fr: Ambrosius Golyóbis Generalis
Comissarius Visitator.

De mandato suæ Rdm. P. Patris
Fr: Alexander Nostolanij
Secretarius Commissionis.

Fr. Ambrosius Polycbio Ord. Min. Ref. Prov. Ssmi Salvatoris In Hungaria Con. Sac. Theologiæ Lector Jubilatus, et ad præsens ejusdem Ord. Alcosiæ Prior Ssmi. Apostolicij Regis Stephani Per Transylvaniam Jenitis Commiss. Visitator, humilisq. in Deo Servus.

Adm. Rdis, Rdis Mtis, & Vtis, qui sunt in Almo Stephanea Septicollis Dacis Prova splendidissimis Patribus, atq charissimis, Religiosisq. Fratribus qua Clericis, qua Laicis Omnem ablev, qui Jesu est gratiam, ita Septem Spiritibus, qui in Conspectu Throni Ejus Sunt, Vbertissimum charismatum plenitudinem, et copiosam in charitate non ficta affluentiam!

Est gaudium, et Corona mea Confratres mei Desideratissimi: sic tandem aliquando tot Scopulis, totq. Tempestatibus lassata Æneæ perfugit ratis ut tranquillum prope insula Italiæ portum, ubi ubi requiescat, assirârit. Et formosissima Florum Regina, astrô clarior, rosa accrescit, ut tandem expansis suis in Vertice foliis, non secus in animos aspectus gratissimos suos desinat in odores. Et venio, seduli perveniunt Agricolæ, ut qui cum lacrimis miserè Semina, manipulos suos cum exultatione Veniat portantes. Eorsum tandem evicit, Animo nostra prosperum iter ubiq. comitantibus sacris precationibus Vestris faciente Deo adjutore meo, Salvatore Nostro, ut jam jam in finem vergatur, atq. melinet visitatio canonica Regularis.

Gloriatè Dilectissimus Actj Beniaminus in suis Apocalypseos IV. V. VI. juncto V. A. V. Vidi inquit Septem Candelabra Aurea, et in medio Septem candelabrorum Aurorum Similem Filio hôis. Et habebat in dextera sua stellas Septem - - - A facies ejus sicut Sol Lucet in Virtute sua.

Congratulamini mihi in Vobis Consolato Confratres mei in Visceribus Jesu dilectissimi, quia perambulando Horizontem Dacicum ad instar animalis Apocalyptici plenioculis ante, retrôq. intro, et in circuitu vidi tando æstimatissimæ hujus Provæ Septicollis Dacicæ Septem religiosa Loca, quæ ter educta, Pignori, & Thuris meruimus; perambulando visitando pro viribus epeundo sum executoriale mandatum Patris Nri Rdissimi non ut donem Fortuna, aut meum Astrum, sed ubi officium à Deo commissum, ubi negotium a cælo impetratum, et vidi unde gloriabundus cum summa Animi mei exultatione exclamem: Beatus Populus, cui hæc sunt! Beata Prova, Cujus Minister est sicut sol, Ejus Subalterni Superiores Locales tanquam Stellæ firmamenti illuminantes Suos inferiores in absentia, quos ille sæpe gyrum visitatiônis illustravit, Suâ presentia.

Jam quod Deus, quod Natura, quod Leges, quod Ratio postulat, ego; ergo post labores quietem, postquam iter fere peregi Annum. Notate tamen! non eam quietem animo Vestro designare vos velo, quæ laborem ita promit omnino, et quæ laborandi gustu, laborem non sentit ex, quod olim Euripidi: Virtutis unicum esse voluptatem super laborem in ea

labore

crystal Nag. Meditatos Vestam Adelaidgrandum Deum, in quo cum homine Evangelico, de quo Sacra Regina post multum temporis positum rationem reverti Deo bene q operanti pro appetato Lucro remunerat plenum Deum posse, faciam Solatium. Ea propter habita pro meritis meis principalis mei alta Veneratione Solendissimi, & Omnium Num Supremi Pastoris Reverendissimi Patris Ministri Confirmati per Suam Sanctitatem Clementinam Gentilis. Paschalis Avarisio Saal tate, celebrandi Capitum Provinciale Consilianibus hujus Inclyte Prae Patribus dignioribus, ipsius celebrationem indico, atq in V. Conventu Ntro Clandiopolitano B. V. ad Nives Dedicato Solemniter faciendam pro Anni, & mensis nunc Currentium die 21. in quam incidit Dnca 2a post Pascha Omnibus, & Singulis denunciando significo.

Ad quam Rat mearum Encijclico Cum Statoriat rigore pro praefixo Memorati mensis die legaliter citi, & vocati omnes, ac Singulos quibus de Jure, aut Consuetudine, ad hujusmodi functioni interesse, & respectu seu qui in Provincia libus Comitijs jus Suffragandi habent, videlicet Adm Rdum Patrem Mtrum Provincialem Actualem, Adm Rdum Patrem Custodem Actualem, Rdos PP Diffinitores Actuales; cum Ritis PP Guardianis, Locum Superioribus Actualibus, cum q Rdo Patre Secretario Prae; praecipio q his Universis sub Sacrae obedientiae merito, sub q incursione penae in Constitutionibus Vris expressae, quatenus pro ante meridiano tempore, horis post meridianis ad dictum locum de Jure opportuno praefixi veniendi, & adesse festinent: Quamquam aliter, & diverse mane Majores in Prae Guardianis, cum Patre Secretario Prae ante celebrandi Diem Vri Capituli Provincialis; hoc est: a primis Vesp S. Nepotis Innocentij, 27. Julij ad Senam religiosam effective ingredientur. Patres porro Guardiani pro die 28. modo dicti mensis Cena a demum vindigempiam inevitabilis oberit praejudicat. De quo ad libito testimonio Judicio citior redditio. Et volumen abesse contigerit, ego nihilominus cum Patribus absq omni Conscientiae Scrupulo procedam ad solitas electiones, hasq sicut legitime factas in Domino Nomine confirmabo.

Ad evitanda vero Cori Capitularis onera, & aggravia subincurrenda ipso ex Apostolum esto extra Specialem a me concessam Licentiam, qui non ero tam facilis in omnes a me quoq concessas Literas obedientiales, eatenus, & ex se nisi ad tempus dislocandi vim, & robur habeant.

Siquidem pro Vigilia dict Capitularis Prealis Mri electionem precedente majoris ponderis negotia pertractanda dijudicavi, ideireo sub poena privationis officiorum in eadem manda mus, ne extractum intrare, Aepithio, nec non remanentes electores pecuniarias a Deo, & Judicij Apostolicis ipsi expresse religiose salutandi, & duobus saltem subscriptum Diffinitis roborationem Conventus, aut Residentiae Sigilli, Patres Guardiani secum deferre, Praesidentes vero tantum cum resignare officiorum pro Guardianos transmittere teneantur: Debitor item Actorum, & Passivorum specificationem, nec non attestationem Juratam ab omnibus Sacerdotibus sub respective familiis ab ipso Subscripti plam, Sigillo q munitam, quod Omnes Missas a Superioribus sibi extra datas debite absolverint, quod item Superiores ipsi Sacra omnia, tam perpetua lega ta, quam manualia Stipendiata absolvi curarint: Num, & pro Stipendijs Missae quae Vera, seu recollectionem hujusmodi Spiritualem peragerint? & Sacram. Cur. non?

Deinde fructus Missionum comparatos a tempore 2ū intermedie Congregatiōj
Specificationem victualium frumenti; Vini, & reliquor Proventuum, tam
in Area, quam in Natura ex aulicis Capellanijs obvenientem, Specifice, atq;
summatim Singula sub Ordine posita, diligenter facta Annotatione exhi
bebunt, vel fideliter ac secura occasione transmittent ut ea ipsa sup Con
soribus commode committere possim censuranda; quem die solemnem
electionem praecedente Omnia jam subscripta, & expedita existant.
Patres quoq; Lectores tum Theologiæ, tum Philosophiæ Calculum suor
Discipulor, quem admodum, & Instructores Linguæ Thcabonicæ, atq; Profes
sores, & Calculum, & Rationū suor Scholasticor accurate transmittent.

Perinde ne loca p quæ transcendum est, & Conventus Capitularis ad quem veniendum
est minus necessarijs Onerib; exponat, Ordino, ut PP Diffres, & Guardiani
taliter se non secus agendum foret; si sibi invicem associabunt, Rdus Pr
Guardianus Sibiniensis cum Rdo P Diffre hujatē; Mikhaziensis cum
Diffre Hagarathensis cum Diffre. Mediensis cum Sibiniensi, Soronen
sis cum Ebelnerensi; Udvarhelyiensis cum Karlsburgensi, Hunyadien
sis cum Rdo Patre citato, Kamosujvariensis cum Defiensi.

Cumq; ipsos Rdos PP Guardianos citatos ad Solemnitatem Capitularem ipsor Loci
ne Conventus sui Pastore Legitimo induci, ea propter PP Vicarios Conven
tuum actuales presidio Presidentes, quibus ſt. Nisi a momento PP abitis
Guardianor & Sarigram Legitimis Superioribus, ceteri obediant, in omni
bus que non sunt contra Animam, & regulam Nostram. Ceterum
PP Guardiani his ita per me institutis Conventuum Presidentibus
priusquam a Conventu recedant inventaria et originalia Conventus Sigil
lum, Librum Statutor, alia hujusmodi coram PP Discretis Locali
bus exacte consignent; ipsiq; PP Presidentes interea nihil innovent, Ne
scultores Superiorib; transactionibus ecripiant, bene Discretis accipere ita
tradenda rationabili causa poterunt; super quo Noverint PP Presidentes,
constitutos esse per me, qui eis invigilent, & suo tempore, ut prout fe
cerint & se pro regimine aptos vel ineptos exhibuerint; futuro Mō Provali
charitative, & fraterne referant imposterum digne condolendos, aut merito
puniendos.

Preterea Omnes, & Singulos recordari volo pateat, & censuras illarum, quæ a Summis
Pontificibus fulminatæ sunt ipso illos, qui favoribus, & suffragijs Secularium,
& sibi favoret, & Dignitates religionis exorgreve, cum scandalo illor studeat
PP Socor Moderen dispensa facient cum hisce Encijclicō Convocatorijs,
ipsi faciendum cum Encyclico Intimatorijs impressis mei in Alnavam Pro
vincia. Subditi verō qui Visitationi Sanctæ adesse prohibebant, per li
teras visitatorijs matchiam continentes post me Claudiopolim venire diffe
rent.

Finaliter atq; in religuo notum est Omnibus, non carere periculo errandi Mortalium Stu
dia quantumvis toto impendio humani Consilij inchoata, si Deo Auspice non
pertractantur; est ergo dum in fine motus est velocior, Die in quo resolvent
omnia adventante, facilius ab eo, Divine gratie munera per nos obtineri
possint signanter eligi Pastores, qui sunt secundum Cor Dei qui Conventibus
sibi Ord Seraphicō ut oportet, pascant, & foveant, a die Exaltationis Sanctæ
præsentis ante Capitulor celebrationes simul consueta dicere incipient;

diè Deus Spiritus Dona Spiritus Sancti in mentes Vestras benignissimus infundat. In ipso vero electionis Die d. 20 Julij hora 6 Solemne Sacrum cantabit in conventibus in Residentijs autem, et Hospitijs sanctum modo legatur Ministro superpelliceo indutus. Sub quo hujusmodi Sacro de Spiritu Sancto, omnes leges strictè non urgeant Patres, et Fratres interesse debebunt. Eidem prosibitis rationes cantatum, ô Lectum Veni Sancte Spiritus premittetur. Sub eodem die Fratres Clerici, et Laici sacra Synaxi S. Confessis perfruuntur Confessarijs, qui omnes Vestra Plenaria auctoritate absolvere poterunt. reddum a casibus, verum etiam a Censuris nobis reservatis exprimentur. Sacerdotes alij in sua Missa collectam de Spiritu Sancto facient. Clerici et Laici ad Spiritum Sanctum ter Pr, et Ave devote dicent orate etiam Omnes pro Patre Nostro Cui orbis in Urbe est Pontifice Clemente Regina, Imperatore. Meique memoriam habebitote, qui caeteroquin cum debita relationi vestre humillimus in Christo cum Thaumaturgo Apostolo: Commendo Vos Deo, et Verbo gratiæ ipsius.

Dedi in Residentia Nostra Thordensi Anno Dñi 1729. Festo Ord Nri SS Nicolai et Sociorum Martyrum in diem quam Mensis Julyinec dentem

Idem qui Supra Studiosissimus in Christo Servus

Fr Ambrosius Golyobis
Pensilj Com Vis
Ad Mandatum Suæ Patris Rdæ
Fr Alexander Kozdolányi
Secrt Commissi

Fr. Primus L. A. P. S. Ord Minor. S. P. N. Francisci Refor. Provinciæ Sancti Salvatoris in Hungaria Pridicator, Lector Generalis, Definitor Actualis Almæ ac Reformatæ Provinciæ S. Regis Stephani in Transylvania Commissarius Visitator Generalis et Humilis Servus.

Admodum Rndis, Rndis. Mndis et Venrandis ejusdem Almæ Provinciæ Dignissimis Patribus, et Religiosis Fratribus Salutem, et Seraphicam Benedictionem.

Bellicosissimus ille, simul ac Religiosissimus Hebræorum Princeps Mathatias, post fortissima pro Patria sua, et Religione edita facinora, mortis eum propinquare sibi suos, multis ad agendo fortiter, et tollerandæ asperæ hortatus, Paronesim tandem suam hisce concluxit verbis immortali dignus memoriæ, vos ergo filij Confortamini et viriliteragite in Lege, quia in ipsa gloriosi eritis Inhærite in Precepto Legis 1 Mach. 2. V. 64. et 68. Id nempe

Nempe altissimè ipsor animis impressum cupiebat, ut omnem
Solam Salutem, ac felicitatem repositam existimarent in forti
S. Legis observatione atq; propugnatione.

Hac ipsa vero Parentis Suos etiam nupe de Coelo filios Pater
nō benignissimo affectu adhortari videtq; Sanctissimi Religio
sor Ordinum Fundatores, qui sicut Illustrissimis vitæ suæ
exemplis absolutissimæ Sanctitatis et Perfectionis ideam de
monstrarunt, ita eandem Conscripti Divinā Inspiratione
Sanctissimæ Institutis ac Regulis comprehensam relige
runt; ad quas primæ Sectandas, inviolateq; observandas illis
ipsis Fortissimi Mathatiæ verbis Suos animant: Vos ergo
Filii Confortamini et viriliter agite in Lege, quia in
ipsa gloriosi eritis, intendite in Præceptum Legis, ex hoc
vos genuinos Filios ag noscemus, si nostro vos Spiritu
ex Legum observantia hausto, atq; implantato, anima
tos intelligamus. Confortamini igitur Filii, timorem
omnem dispellite, generosos animos, ac Spiritus induite,
viriliter agite in lege, ex Lege pro Lege, pro Sancta Re
gula, quia in ipsa Gloriosi eritis: quippe genuini ac veri
Sanctor Parentum Filii Sancti ipsi et perfecti, quoniam
Filii Sanctor Sumus, et vitam illam expectamus, quam Deus
daturus est his, qui Fidem Suam nunquam mutant ab eo
Tob. 2. v. 18.

Idem per omnia præstant omnium Sanctor Ordinum Prælati
et legitimi SS. Fundator Successores, quos inter Reverendissimus
P. Minister Generalis Pacificus a Varisio Superior Noster
omni Veneratione dignissimus, qui è Suprema Seraphi
ci Nostri Instituti Specula Familiam sibi subjectam, totq;
orbe diffusam eminus Considerans, nos solum verbis illis dul
cissimis Mathatiæ adhortatur: Vos ergo Filii Confortami
et viriliter agite in lege, quia in ipsa gloriosi eritis, inten
dite in Præceptum Legis; Verum velut alter Job sollicitudine
verè Paternā S: ne forte Filii Sui peccaverint, ac ab Apostoli
ca vivendi ratione, Suiq; Instituti observata defleverint: [illegible]
minimo Confratri vestro die dato 29. Novembris Anni 1745
vices Suas Commisit, ut mediante visitatione Canonicā Omnium
videam, Num omnes Seraphici S. P. Nostri Francisci Filii,
Almæ hujus Provinciæ viri, in Constanti Legum Divinar, Sanctor
nostræ Regulæ observantia perseverent? An omnes in Præcepta
Legis intendant? utrum Saluberima Majorq; Nostror Institutor
inviolate custodiant? ut si forte obscuratæ Charitatis Divinæ
Fraternæq; dilectionis Aurum, aut aptimus S. Conversationis Co
lorem immutatum reperirem, opportuno renovationis remedio
subvenirem.

Oneri huic non faile humeros submiſiſsem ſi optime gnarus infirmitatiſsimæ ſ. nihilominus obedientiæ meritum, et præconcepta, imo præexperta Almæ hujus Provinciæ benignitas et humanitas ſubleuaſſet; quibus ſolidiſsimis fulcheris, dum ſignum innitor, munus impoſitum promptiſsimo animo aggredior, et omnes amantiſsimos Patres et Fratres absens adhuc corpore, Præſens tamen ſpiritu, in oſculo Pacis, in amplexu charitatis in Consolatione animæ ſuaviſsime ſaluto, præditam Canonicæ viſitationis immediate inchoandæ per præſentes Encyclicas, eâ, quâ æquum eſt legalitate notifico et annuncio. Illud cumprimis à vobis deſiderans, ut in hac peragenda Viſitatione Canonica ſ. cujus ſcopus non alius eſt, quam Dei Gloria, Religionis Seraphicæ decus, Almæ Provinciæ veſtræ Incrementum ſ. debiles humeros meos devotis precibus veſtris, piâ ad Aram memoriâ roboretis, ut iis adjutus ea exequi valeam, ad quæ alias poſſibilitas mea non aſſurgeret. Quem in finem in omnibus Conventibus, ogg. ac Reſidentiis, reſponſorium S. Antonij cum verſiculo et oratione pro opportunitate temporis, quotidie de Venerabili in Choro per decurſum hujus Canonicæ Viſitationis perſolvetur.

Ut autem omnia feliciori decurrant ordine, animis mei ſenſa omnibus pateant, ſequentia in antecæſum intimanda duxi, et obſervanda ſmo ut ad meum adventum omnes reſpectivi Patres quantum poſſibile fuerit in Conventu, aut Reſidentia exiſtant præſentes, ad hoc, ut cunctis pro ſua neceſſitate ac zelo liber pateat ad me acceſſus; in quem finem omnes Litteras Obedientiales usq. in præſens necdum executioni mandatas harum ſerie revocatas, caſſatas, et annullatas declaro. 2do. ut in Viſitatione poſtpoſito omni livore, odio, aut gravamine ſiniſtra paſſione ea ſolum propanant, quæ noverint Correctione indigere, ſalvo tamen per omnia fraterno Correctionis ubique eſſe poterat et debebat mandato. Vitia enim potius non vitioſos inſectari oportet, ne quid pharmaco ſanctæ ſpiritualis eſſe debebat cedat in venenum. 3tio. Ut Superiores Locales Numer. Miſſar. rotundum abſolutarum, Librum Rationum cum Subſcriptione Studii Apoſtolici et Directorij, aliaq. omnia, quæ de Jure vel conſuetudine exhiberi ſolent. 4to. Præſentes quatenus ad notitiam omnium perveniant in quolibet Conventu et Reſidentia Coram Fratribus Capitulariter Congregatis, et poſtquam Liber Conſueto inſperſo fuerit juxta ordinem a loco poſitus cum Subſcriptione Nominis Officii, et Diei, perpetuum bajulum tranſmittantur, mihi

mihi ad extremum consignando, qua dum omnia ab vobis desideratissime Patres et Fratres amplectenda et exequenda desidero vos prospere in Christo homine vivere, valere et videre cupio. Dat in Conventu Nostro Decisionis die 10. Martij 1727.

Idem qui supra
Fr Primus Papp. Commissarius Visitator Generalis.

Frater Primus Papp Ord Min. S.P.N. Francisci &c
Admodum Reverendis &c Salutem et Seraphicam benedictionem

A Divini Spiritus merito ab eremo Libano Statum religiosum tempore digesta illa veteris Testamenti Arca comparavere magna quidem utriusque analogia est et similitudo. In Arca illa Deus inter Israelitas veluti Sedem suam collocavit Potentiae suae ac beneficentiae erga ipsos perpetuum monumentum. In statu Religioso maxime familiaris Dei habitatio est in qua maxime omnium infinita bonitatis suae Deum de nobis Sedat. In Arca illa reposita fuerunt Divinae legis tabulae ab monte olim Sinai per Angelum olim Moisi consignatae. In religioso statu asservantur sanctissimae leges et constitutiones. In Arca continebatur manna coelo olim demissum peregrinantibus per desertum Israelitis. In religioso statu recondita est manna Deo suis primum Caelestis gaudii. Unde Carolus Vtus teste Engelerabe dicere solebat: In secessu ad S. Hieronymi monasterium plus uno die Cypide voluptatis et laetitiae gaudii percepisse quam ex omnibus aulae deliciis. In Arca colocata fuit illa prodigiosa olim efflorescens Virga Aaronica. In religioso quoque statu, sanctioris strictioris disciplinae Virga efflorescit. Arca illa aureo contecta fuit propitiatorio. In statu Religioso quot constituti a Deo Religiosi Superiores, tot Divina velut oracula exponitur sunt quae quo ad omnia et singula Divinam voluntatem obsequendi periculo subditis manifestant. Arca

sub expansis aureum Cherubinorum alis sine corrigebat. Status religiosus sub Constituti, a deo virorum severitate, Arca demq; illa ob illustrissimas suas prerogativas digna estimata fuit a Vate regio quo compellaretur glorioso titulo: Arca Sanctificationis surge Domine in requiem tuam, tu et Arca Sanctificationis tuae. Psal. 131. V. 8. Quid mirum igitur dignus a nobis estimabitur Status religiosus ut ob dotes suas praclarissimas illius Arca Veteris testamenti minime inferior honorificentissimo hoc nomine nuncupetur: Arca Sanctificationis.

Subsit tamen hic animum non inutiliter quandam curiositas quam nam potissimum ob dotem tam illustris tituli Arca illa Arca Sanctificationis nuncupetur cognominari, an ob Sanctissima ibi contenta fuit Cherubinorum custodiam? at enim Sancta gramis custodia Sanctos in illico reddit illos quos custodit Sancti omnes, Omnium tutelares hominum et custodes Angeli sunt, minime tamen Sancti Omnes eorum clientes, an fortasse ob propitiatorium aureum? sed neq; ipsa semper pro quo dum loquitur Sancta sunt oracula neq; Sanctitatem semper protendunt super cathedram Moysis sederunt Scribe et pharisei, Sanctitatis Doctores et Divinae voluntatis interpretatores, minime Sancti nec promotores Sanctitatis, An fortasse ob virgam florentem Aaronicam sed disciplinae etiam severioris virga et rigor, quem suis humanorum animos a vitiis timore quodam cohibeat, vero tamen Legislatoris animo ad altiorem virtutem et Sanctitatem stimulat, an ob monna caelestis seu suave virtutis illicium? sed enim ad masculam solidamq; virtutem, ad veram perfectionem, et Sanctitatem ut promoveantur animi a suavitatibus potius abducendi paulatim sunt duris et asperis ad hoc faciendi. Nonigitur a prerogativis istis tanti tituli meritum et condignitas est, non propter illa Arca testamenti, Arca Sanctificationis est. Unum itaq; superest ut dicamus promerae hoc nomen Arcae honorificentissimum et laudatissimum

Ipsa lege divina, sic ipsa D. Chrisostomi sententia est, atq in ipsa chaldea paraphrasi fundamentum habet quippe, quo per Arca sanctificationis tuae legit Arca in qua te tua velut lex illa Et qua sanctificat promedes Et ipsa sanctificatio.

Patres et Fratres Desideratissimi precipite animi mei sensa, Circumvi superis favoribus vestris q comitantibus preces Almam hanc Provinciam visitavi pleraq ejus de ligiosas familias et reperi quod et gaudens dico Arcam sanctificationis de Arcam in qua legum divinar, et regulas, Constitutionum regularis observantia aucta custodia viget, vidi in legere ignavos seraphi Patriarchae nostri sacta tonis hujus exemplo in libris habere, per vita meritum sed et alios proficere studere per sancta conversationis exemplum. Vidimus sub assidua superiorum vigilantia alios divinis laudibus die noctu domi intentos foris alios in procurandae et promovenda salute proximor fructuose detendentes, Ita ut e converso nihil comperierim quod severioris censurae remedio indigueret, Deus igitur in quem velut ab ipsa lem bonor omnium fontem laudabiles conatus vestri referendi huc custodiat corda vestra et intelligentias vestras, ut digni et conspectu ejus amplectentes reponitam vobis justitiae laborum coronam et mercedem consequamini. De reliqua confortamini et viriliter agite in lege qua in ipsa gloriosi cristi intendite in praeceptum legis S. Matth. 2. V. 64 & 66.

Quia vero scriptum est Jota unum aut unus apex non praeteribit a lege donec omnia fiant Matth 5. V. 18. Super est ut peracta jam jam visitatione canonica juxta praescriptum Apostolicae et ordinis nostri benedictini constitutionem ad principalem muneris mei functionem Provinciales Capitulo Celebrationem me convertam ac in illo cum eorum ad quos spectat

Consilio assentu et voto ea omnia ordinem et disponam quæ ad Majorem Dei Gloriam, Religionis decorem, hujus Almæ provinciæ in Ecclesiarum conducentia et pro futura sæculorum judicata.

Quem in finem obtento a Rdmo Patre Ministro Gl. Paschali a Varisio superiore nostro solennissimo speciali facultate, omnium et singulis amantissimis Patribus et fratribus tenore præsentium notum facio quod prædictum Provinciale Capitulum in Conventu Nostro S. Claudiopolitano ad Nives Mariana 15a in evidente in Dominicam 2tam post Pentecosten, Mensis Junij Anni 1744 facta de super consultatione Patrum pro proprij Area ista Contingit celebrare decrevenim. ad cujus Celebrationem regendere Omnes Vos vocatos et citatos volo Libris de jure et consuetudine accedere Competitis; Peculiariter autem Jnito A.R.P. Ministrum Provincialem A.R.R.P.P. Provinciæ R. P. Custodem actualem R.R.P.P. Definitores actuales, R.P. Secretarium Provinciæ pro die 17ma supra fati Mensis Junij.

R.R.P.P. vero Guardianos pro die 12ma ejusdem post meridiem, quibus omnibus et singulis sub salutaris obedientiæ merito precipio ut in supra nominato Conventu die mox prælegenda personaliter sistant Ceteris quibuscunq. ad eundem Capitulum sub pena aportandi sine ea speciali licentia prohibens accessum, quodsi quispiam prædictum tempore impotuerit comparere aut neglexerit nihilominus Juxta probatam S.R. Religionis consuetudinem ad sollitas electiones et actiones Capitulares procedam, easq. ut canonice et legitime factas approbabo et confirmabo ac P.P. Omnes presentes fruiscent.

Patres vocales in via se humiles pauperes demonstrent sua vita exemplari Omnes pergos transierint edificantes, Nevero per multitudinem egorum Benefactores quogo modo graventur aut Conventus necessarii onerentur expensis rem deo gratissimam paupertatis nostræ plane convenientem se facturos noverint, ad sociatique quod fieri potest hoc Iter susceperint. meminerint etiam RR. Guardiani accuratam sui Conventus constitutionem a Diœcesij et Indicio

Apostolico subscriptam ext primendo debita auctiva et passiva Leum
affecte Item etiam missarum oneribus dicta constitutionem Inocen
12 incip: Nuper. satisfecerint, quotve et eis restent celebrande?
An octidiuonam recollectionem Omnes peregerint authenticum testi
monium exhibebunt. Item gratis proventus in dee naturali, busve,
e quibet capellania acceperit? et quid restet solvendum, quantus
Missionum fructus, et signanter qui spectet conventui; Item de lecto
res et Professores subscribent conscientiosum calculum de profectu
suor discipulor, dein ad Domum receptus in futurum annum an te
lent sede ad Capitulum per literas dimittent. Dein facient scripto
tenus PP Praedentes qui scripturas hujusmodi iterum Patribus
Guardianis consignabunt, aut alia tuta occasione transmittent.

Patres Vicarii in absentia suor Guardianor ut praedentes Gubernent
ubicubi per alterius institutionem eis quoad hoc speciat derogatum, et regularem observantiam omni diligentia curent, laboriosam operam, ut in terra elemosinam ita prudenter administrent, quatenus superiores ordinarii credentes in eor operibus bonis pia conversatione et vitis edificatione Deum glorificare possint. Patres autem ac Fratres iisdem tanq superioribus legitimis debitum honorem exhibeant ac in omnibus quae non sint contra animam et regulam nostram obsequantur.

Et quia in humanis deficientes cogitare aliquid a nobis, de sufficientia nostra ex Deo est, ut omnia eumdem Deum feliciter succedant a die perceptionis horum in omnibus conventibus post laudes et vesperas dicatur Hymnus Veni Creator &c cum versiculis et orationibus, in Residentiis vero postmeridianis oratione, ipso vero die Capituli cantetur ubivis Missa de spiritu S. sub qua Clerici et laici praemissa sacramentali confessione quae procurice libera Ss Sacra Synaxi reficiantur. Sacerdotes quoq Omnes Collectam de eodem spiritu S. accipiant ut sic unanimiter instantes adea quae agenda sunt celeste praesidium facilius impetremus.

Tandem ad Vestras literas ad omnium gratam primum deveniant Notitiam Patres superiores, quod statim ac eas receperint Patribus et Fratribus capitulariter congregatis publicari faciant dictas receptionis, publicationis, et transmissionis subscripto ad eorum juxta ordinem adducto puncto fidelem hujusmodi transmittant mihi ex ultimo loco remittendas. Et nunc ecce ego scioquia amplius faciem meam indebitis vos omnes precibus vestris transitum visitationis Commendo itaq; vos Deo et verbo gratiæ ejus.

Valete Patres et Fratres mei: desideratissimi ac Deum pro precibus vestris et piis suffragiis pro afflicto Catholicæ Ecclesiæ Statu pro S. Ordinis decore, ac signanter provinciæ vestræ incremento et pro me minimo servo jugiter orate. Datum Cronæ in Conventu nostro ad S. Jodocum Baptistam die 27ta mensis maji Ao 1777

Dem gr. Lyra

Fr. Primus Papp
Commissarius Visitator Glis.

Frater Vincentius Blasio Ordinis Minor. Reform. Provinciæ Hungariæ Sti Salvatoris Pradic. Rector, et Ex-Diffinitor, in præsentia vero Almæ Provinciæ, Ejusdem Ordinis Reformat. S. Regis Stephani in Transylvania Commissarius Visitator, et humilis in Domino Servus.

Admodum Rdis, Rndis, Mldis, Venerandisque Patribus, nec non Religiosis Fratribus Ejusdem Provinciæ plurimam a Domino Salutem et cœlestium Gratiarum Ubertatem.

Dum Pastoralis sui muneris Vigilantiam Rdissimus Pr. Pascalis a Varisio Ordinis nostri Generalis Minister, Superior maxime colendus, super Gregem sibi subjectum circumferret, de imminente Comitiorum in hac Alma Transylvaniæ Provincia Reformata, cum Electione Ministri, Serendorum, tempore certior redditus me penitus indignum, et omnia alia cogitantem, pro Candidato Provinciæ Commissarium Visitatorem, literis mense 8vembri exaratis instituit, institutum declaravit, declarato vices suas om-

nemque

Authoritatem, ad Visitationis comitijs ejusmodi premisti solitæ negotium implendum necessariam delegavit; suis insuper Patentibus etiam Provincia Comitia edicendi, ac obeundi facit potestatem. Officium istud honore quidem, sed et onere stipatum deprecatus sum illico, et qua precibus submissis, qua impedimentis expositis, ut a me averteron apud eundem Rdissimum Patrem sategi.

Ipse exemptionis metantisper alendæ solitudinem ocicluanam pro mo re Religionis subij. Illic Asceta, quem vitæ ducem assumpserum de fine hominis, qui est: Obediendo, servire Deo, locutus, mox induxit me in officinam figuli, instructam diversis vasis, de quibus Artifex disponit pro libito, quin aliquod eorum audeat interrogare cur ita fatis. Inde effomata meditandi materia homo ille Asceta eo totus contendit ut persvadeat viro Religioso æstimationem Vocationis, per quam posuit illum Deus in Statu determinatæ servitutis, undead beatam vitam secuns est Transitus: et hinc vocationis æstimatione tandem elicuit in ejus pectore Heroicam affectionem ad Virtutem Obedientiæ, qualem in Petro Fabro uno ex primis Sancti Ignatij Sodalibus Socijs ita descripsit: "Illic inquit cum Illum Ignatius, ardente canicula ex Hispania Romam vocasset, profectionem dissuadentibus amicis tanquam in illo diem a estu noctem sanitatem vix dum a gente restitutæ, respondit magnanimiter: obedire est necesse vivere non est necesse. Sat lingue morbus iter, victima Obedientiæ in via cecidit." Ita P. Franciscus Neumayr Soc: Jesu. in via compendij ad perfectionem Die 7ma Medit

Ideo plura contemplantem in sacra illa solitudine reperit me altera Reverendissimi ejusdem Patris Gentis Epistola, qua mumus Comissarij Visitatoris, quamvis semel recusatum, deferri iterum, et posita Impedimentorum per que me excusabam consideratione, vivissimæ fuæ insinuationi cedam amplissimo Obedientiæ merito penuroci. Imperanti parendum esse censui, amore illius maxime, qui cum esset Dominus omnium tamen fuit Servi obedientis usque ad mortem: studio etiam hujus Septentrionalis Provinciæ Patrum, qui me vltro ac iterum ut Ministri Generalis vice apud eos fungerer, expetiverunt; dixi denique, quod obediens ille Petrus Faber: obedire necesse est: vivere fi saltem aliud modo agere non est necesse. Istud postquam his, quorum intererat significassem, et ea quibus ad obediendum Superiori, ad serviendum autem vobis Dilectissimi in Domino Patres et Fratres opus habebam collegissem, ingressus sum iter ex Regno Hungariæ in magnum hunc Transylvaniæ Principatum, et jam in primum vitæ Provincæ Cœnobium delatus, inde commissionem, Delegationemque meam nunco; simul cameram visitationem, ex Regulæ sacræ cap 10 ex Trid: Synodi Decreto Sessio de Regularibus cap 1 ex generalibus demum Ordinis viri Statutis cap 8 §56 per me instituendam, omnibus, et singulis hujus Provinciæ comorantibus, indico, legitimeque denuncio.

Scopus visitationis hujusmodi, in generalibus statutis expositus iste est, ut nimirum Regularis vitæ disciplina, ubi collapsa est facilius instauari, et ubi per Dei misericordiam illibata reperitur constantius possit conservari: ut igitur meo in munere expeditius versem, ac visitatio quam aggredior salutaris sit, et illum ad quem leges Franciscanæ tendunt sortiatur effectum;

Primo: Quoris pro loco, vel officio, obedientiales literas ab eo, qui me in presenti delegatione in feriorem est, datas, et in effectum nondum adductas suspendo, et nullius roboris esse volo.

Secundo. Vos Patres Guardiani, et Presidentes unumquemque sibi subjectum Religiosum, vel domi retineant, vel ob emolumentum Conventus, aut Residentiae alijus ita dimittant, ut ad visitationem revocari facile queant, precipio. Omnes enim meo in Adventu videre, benevole etiam audire cupio. Si tamen non nulle, gravem ob rem praevideremt, absuturos, eos monere teneantur, ut eum adnotatione Patriae, aetatis, officij habiti, olim et in presenti, quae significanda habent, in obsequiata charta dirigant ad Conventum, vel meo relinquant mihi tradenda. Absit vero ut in grandem visitationis, hos extra Conventum, gloris praetextu destineant, quorum querelam forte se metuunt.

Tertio. Idem Superiores Inventarium sacrae Supellectilis Ecclesiae; Rationum sive acceptarum et expensarum Eleemosynarum pecuniariarum libros, et si quae alia quomodo Regesta in Visitationibus presentari, de more Provinciae sit, ubi ad venero eadem debunt.

Quarto: Salutationis dictionibus in meo ad Conventus accessu, ubique abstineatur. Ne stabit tempus illud, quo parareter aut peroraretur ad quemvis salutatio, lectioni sive Scholasticae, sive Spirituali impendere. Alioquin Virtutes in me, quae tali occasione celebrari solent nullae sunt, Vitia autem non sunt officiosae dictionis Argumentum. Gratulationem, qua in primo Conventu excipiar, Allocutionem suscipiam, velut omnium nomine depromptam. Talismodi Locutionem loco audiam libentius ubi studia literarum vigent sacrum quempiam sermonem, qualem coercatij causa habet nonnunquam Juventus Religiosa.

Quod porro dictarum ea legibus Divinis strictis partium mearum, cum verborum opere admitar ostendere, quod nihil praeter Divini Numinis Gloriam, Provinciae Patris et honorem; Disciplinae, si alicubi collapsam videro, erectionem, Fratrum pacem, et in pietate profectum animarum denique salutem velim. Spero duante Patre Luminum, me ea animi integritate, et agendorum ratione processurum, ut nemo inter vos prae nimia confidentia insolescat; prae diffidentia desperet. Nemo geram communis Patris personam, et earum nulla gratiarum habita ratione. Caterna charitate amplectar omnes, ea lege tamen, ut justorum, et iniquorum (verbis utor Statutor Julium cap 8 § 56:) mente discernam, pro singulorum qualitate fectorum, ut justus Judex, aut supplicia decernam, aut praemia. Quare binas aures adferam; quarum unam inousans, alteram possideat causatus: id postulat Judicij aequitas. Praecipitantiam cavebo studiose: haec Justitiae noverca est. omnia autem premam constanti, ac fideli Silentio. id pollicitus, visitandos erigam in fiduciam.

Vestra ex parte Charissimi! superest, ut ad me referatis ea solum, quae ad Dei Laudem, Religionis sanctimoniam, ac bonum saeculi exemplum, ad conservatum Salutem, ex recte conscientiae dictamine, existimabitis correctione, aut quali, cunque remedio indigere. Advertite tamen animum ad binas, Veracitatis nimirum, et Charitatis leges. Veracitatis quidem ne quid in modo vel substantia falsum, exterminatum magis, vel exaggeratum, quam res sit non sincere; vel quod sufficiat enter correctum, emendatumve jam est non legitime denunciatis. Charitatis vero, ne studio vindictae, vel confusionis, peccatis ipsi, dum peccata comperi, vultis; seu quod idem est, ne bonum male postuletis.

Explorata Fratrum Statu inspiciam, uti prescribitur Ecclesiam, Sacrarium infirmariam, cellas uniuscujusque Religiosae Domus. Quam velim ut omnia in ordine, et cum nitore occurrant inspicienti! Dabo autem operam ut in ipso cursu visitationis domestica disciplina quoad fieri ejus fieri potest salva consistat;

nam

Cum mei etiam muneris esse ponto illud, quod aeterni Patris delegatus, qui visitavit nos oriens ecc alto Luc: 1. v 78 sibi praestitutum dicit: non veni solvere legem sed adimplere Matth: 5 v 17: Hinc quemadmodum Visitatorem sanctiones nostrae monent, ut superfluos aversetur sumptus, et frugali mensa humilique apparatu contentus sit, memor in omnibus parsimoniae, ita locorum Superiores circa cautus aliquid mei causa parandi maturè absolvo. quod pauper domus habebit et mihi pauperi cum Fratribus sufficiet. Peracta nihilominus visitatione, si quid liberalius ad sobrietatem remissionem Fratrum, mensae apponi fecerint Superseondij illius ego quoque me participem non illiberaliter faciam. Accedant interim a Conventus, et Residentia omne id, quod functionem meam quoquomodo interpellet. illa domi expeditus, Officijs humanitatis non deero totis, ubi opene pretium fuerit, et temporis aliquid vacaverit.

Cum autem omnium deveniant notitiam has indictorias literas quamprimum acceperint, Conventuum ac Residentiarum Superiores, eas coram Subjecta sibi Familia, campanulae capitularis pulsu convocata perlegi, perlectarum tenorem libro ad id destinato plene inseri faciant; illas denique, ad ipsos Cursorem publicum, si habeatur, et illico vadat, Sin autem per fidelem bajulum, vulgo per expressum nullatenus autem per aliquem e Mercatorum, secundum seriem locorum a dorso positam, notato perceptionis, et expeditionis die sine mora promoveant, ab ultimo percipiente mihi demum restituendas.

Valete Fratres in Domino et Beato Patre nostro Francisco conjunctissimi pijsque votis, ac orationibus progredienti vos comites jungite, utqui munus istud mihi ad obedientiae meritum suscepi, tametsi cunctanter, illo defungar ita, ut adomnium vestrum bonum, velit Deus, vita superstite a me peractum esse feliciter. Datum in Conventu nostro Decsiensi ad S. Antonium Castrinum die 27 ellensis Aprilis Anno 1780

Precationum Paternitatum Vestrarum et Charitatum Vestrarum

Servus demississimus
Fr: Vincentius Blahó
Comissarius Visitator

Frater Vincentius Blaho Ord. min. Reformatorum Provincia Hungaria. SSmi. Salvatoris Praedicator, Lector, et Ex-Definitor, in Praesentia vero Almae ejusdem Ordinis Reformatorum Provinciae S. Regis Stephani in Transylvania Commissarius Visitator ac Humilis Servus.

Adm. Rndis, Rndis, Mdis, Vdisqs Patribus, nec non Religiosis Fratribus ejusdem Ord., plurimam â Domino Salutem, & Caeliorum gratiarum uberitatem.

Visitatione Canonica, in Alma hujus Provinciâ Religiosis domibus, hactenus prospere, nec sine solatio peracta, pro viribus, gratia Dei suffultis, secundum generalia Ordinis statuta Cap. 8. § 56 Salegii in assequendo uno meo delegationis, et Commissionis scopo, ibid expresso, ut minimum hortatu, et Correctione mea regulariis vita disciplina, ubi collapsa est instauraretur, et ubi per misericordiam Dei illibata reperta est constantius servaretur, ac retineretur. Quamobrem pertinescendum illud tonitru ore Salvatoris Veritas prolatum. Multi sunt vocati pauci vero electi Matth. 20. v. 16. velut testeram qualiscunqs Zeli circumtuli, ut omnes meos in Domino Jesu, et Patriarcha Francisco Consodales tanto vehementius excitarem ad vivendum inter ~~multos~~ vocatos, sicut pauci vivunt ut moriantur sicut pauci, et sint inter paucos electi, videaturqs illis salutis inter paucos servasse, quàm cum pluribus perire, non enim minus perit, qui cum multitudine perit. Spero ejusdem Electi Auxiliatoris ope, Sanctis precibus Vestris exorandâ, fore, ut in eo judicio quoque Canonicus idem, pari Conatu, et sospitate prostare possim.

Jam tempore moneor, ut ad alteram quoqs dicta Comissionis, delegationisqs metam, quae est Comitiorum Provincialium solita celebratio, et primorum Provinciae electio, cujus maturae convertam, Quare obtento dudum a Reverendissimo Patre Generali Ministro Paschali Vasisio facultatibus, huic officii debitis, locum habendis Comitijs in Conventu Claudiopolitano, honori B. Virginis ad Nives sacrato, eorum, quorum interest, assensu, delegi, diem vero 2dam Julii, in quam Dominica 7ma post Pentec. Anno praesente incidit, constitui. Id dum per praesentes Literas omnibus, et singulis indico, simul cito, voco, ac respective invito, eos omnes, quibus de jure, aut consuetudine hujusmodi functioni interesse convenit, nimirum

Adm Rdm Patrem Ministrum Provincie actualem, Adm Rdos Patres Provincie Emeritos, Augustinum, Raphaëm, et Martinum Petexxi simul Provincie Custodem actualem, Rdos PP. Diffinitores actuales cum Secretario Prod, hos quidem ad diei Mercurij in 22am Mensis Junij incidentis Collationem vespertinam. Adm Rdo nihilominus Patri Ministro integrum sit, quo libuerit, tempore ingredi locum Capitularem. Omnes demum RR. PP. Guardianos actuales, et si qui alij forte in ejusmodi Provincie congressibus, juxe Suffragandi proditi essent ad diei Jovis in 29 dicti Mensis Junij incidentis, conam: præcipiens eisdem sub merito Sanctæ obedientiæ, atq; sub pœna in generalibus Sanctionibus Cap. 8. §. 36. Num. 5. dictata, ut ad supra expressum locum, et diem, nisi legitimo impedimento a Diffinitorij Patribus approbando retinexentur, accedant. Cotamen, quod aliqui, quacunq; de causa forte emanfuxi sint, non obsistente, ad solitas electiones, cæteraq; Capitularia acta, legibus nostris id permittentibus, imo jubentibus, sum processuxus. Contra, omnibus alijs, præter jam dictos sub Apostasiæ pœna, ipso facto incurenda accessum ad nominatum locum, Comitijs dictis, nisi cuipiam licentiam â me dari contingexet, prorsus interdico. Idquoq; in memoriam revoco omnibus ad gerenda Comitia evocatis, quod legibus nostris, et Pontificijs Statutis cautum est, ne videlicet officiorum ambitu, id est directe vel indirecte conquisitis, præcipue apud electores, ovibus, et suffragijs onusti compaxeant, nisi eo ipso velint præter cæteras pœnaquoq; privationis officiorum, quæ obtinent, et Decreto Clementis 8vi ad calcem tabellarum sub Prod impreso, aggravaxi, â Summo prætexea rexum arbitro reprobaxi: Non enim qui se ipsum commendat ille probatus est, sed quem Deus Commendat 2. ad Cor. 1.

In reliquo ad capiendam exactam de Provincia statu notitiam, Conventuum Superiores eo profexe debent sequentia: 1mo Extractum percepto, et exogato, nec non remanentis Elemosynæ pecunio a Syndicis Apostolicis, et duobus discretis subscriptum, munitumq; Sigillo Conventus. 2do tam activa quam passiva debita. Otio vi constitutionis Innocentij 12. quæ, incipit Nuper sub dato 10. Cal. Januarij 1692 attestationem juxatam, fidemq; missum Sacerdotali, ab omnibus Sacerdotibus suis, propria, vel per commissione absentium, aliena manu subscriptam, quâ omnibus, et singulis tum perpetuis, tum manualibus Sacrificiorum Missæ oneribus, sibi a Superiore assignatis, vitâ satisfeceexint, ipsi verò Superiores locali curâq; illa exhaudexint, alias nec admittendi ad Suffragandum, nec vocem passivam habituri secundum tenorem allegato Constitutionis Innocentianæ. Adnotabunt præterea, quot remanxexint persolvenda. 4to Scriptum testimonium, utrum omnes eorum Subditi, ipsi quoq; Superiores debitæ non recollectionj vacaverint, et si qui neglexerint, horum Nomina, causam neglectus. 5to Fructus Missionum, seu Apostolicarum exercitiorum, aut aliarum impensarum salutarium operationum, ab Ultima Congregatione relatos, morq; Provincia hujus descriptos. 6to Œconomicam rerum victualium provisionem adnotandam, et a duobus discretis subscriptam, et quem Caulicis Capellanis

Capellanis in ære, vel in natura proventum acceperint, perinde regro sentabunt. Et hoc quidem dempto testimonio de elkadatis, absolutis & Missa sacrificij, in separato etiam exemplo cum notatione diei, et anni per discretos. Sub scripto, ut partius interim, dum Superiores ordinarij abeunt, salva Eleno syna ad ministretur, Successores etiam semet inde dirigere queant, de exi bent, Presidentibus tradendo, ac reservando pro successuris, aut reverendis Superioribus. Patres autem Superiores Residentiarum supra specificata cum demissa officij resignatione maturè dirigent ad Locum Comitiorum. Omnes verò a decessu complicatarum hujusmodi informationum, apponent nomen Conventus, aut Residentiæ pro facilitate revisorum.

Meminerint Patres tam Theologi, quam Philosophi Lectores, a se etiam mittendum esse discipulorum suorum pro ratione profectus Calculum, a Scholarum verò Professoribus, cum Calculo etiam numerum Scholasticorum, cursu suo hoc anno conexeditorum. Et ne Locus Capitularis equo rum, Aurigarumq; intertentione plus æquo gravetur, Patres Guardiani juxta vicinam ita suam profectionem adornabunt, ut se se mini mum duo conjungant, nisi aliter fieri postulet temporum, viarumq; incommoditas. Expendant secum, quid in casu, quo cura ejusmodi congressus numerosi, ac anonaria sustentandi ipsis incumberet, sibi fieri cupierint. Ubi R.R. P.P. de gremio V. Diffinitorii habitant illorum so cietate Patres Guardiani per viam utij possunt.

Omnes autem, et singulos ex merito obedientiæ, et ob Comune Provinciæ bonum, hac vice Claudiopolim versus iter facturos, hortor in Domino, ne moribus aut minus utilibus diverticulis claudicent, verum recta via, et con vexationis lineam teneant; sobrij ubiq; nullibi loquaces, aut nugaces, aut sua viatica, maximè ubi plures convenient, jactantes, semper autem modestiæ studeant in hospitijs, et in progressu. Et quando enim certe hoc itinere, ad res graves tractandas pro Fratrum precibus commissis tantibus Suscepto, valere debet apud Deum et Cœlorum Præsides illa Sancti Francisci Regula Cap. 3. exhortatio: Consulo verò et moneo, ac exhortor Fratres meos in Domino Jesu Xto, ut quando veniunt per mundum, non litigent, neq; contendant verbis, sed sint mites, pacifici, et modesti, mansueti, et humiles, honestè loquentes omnibus sicut decet. Nimirum hac occasione, sagax, et in Religiosorum vitam attentum oculum, ad primorum agendi, loquendiq; specimina, cito formabit judicium, tam de gubernio eorundem, quam de subjectarum familiarum conversatione.

Residentibus a domo Patribus familias, ne familia sine Patre, et Rectore cum jactura nostri regularis instituti, maneant, Quivis Conventus R.P. Vicarius, nisi alicubi privatis literis alium proponerem: harum vigore præfici, et Præsidentes consequenter legitimos Superiores motivo, quibus omnes, et singuli R.P. et Fratres debitam ex Regula observantiam sibi exhibere teneantur. Residentiæ Rupersi in absentia Rdi Patris Prospecti simul Diffinitoris præsit M.P. Cone. Clemens Bojthi. In cujus eventum, quo Superiores locorum, morbo, vel quovis alio obice legitimo detenti recedere a domo sua nequirent, retineant illem pristinam gubernandi authoritatem.

Caterum aliis per me jam designatis, aut forsdesignandis Præsidentibus ac Superiores prius quam abeant, tradent omnia, quæ ad interclusæ hocce regimen sunt necessaria, per hos tandem consignanda novis, aut reducibus Prioribus Guardianis, vel Præsidenti.

Ita constitutos Præsidentes hortor, imo virtute mihi a Supremo Ordinis Rectore delegata, obstringo, ne medio hoc tempore disciplinam Religiosam silentio, sacra ad mensam lectione, chori frequentatione observandam temnere laxent, neve aliqua circa Regularem, aut secularem familiam, vel ædificium mutent, nisi gravis ratio, a Discretis RR. rati habenda, suadeat, neq; sacram Eleemosynam in Confessationes, in seculare hospitium invitatorum accommodationes, in recreationes profundant: ne liberiorem suis e Conventu egressum indulgeant, ne denique virtus, si quod antea erga quempiam ex Confratribus male haurissent, modo potestate abuti, pejus evomant, cum violatione charitatis, et domestica pacis. Præcipio demum, ne ullus horum Præsidentum, intellecta sui in Comitijs aliorum dispositione, recedat a Conventu prius, quam ejusdem Superior adveniat. Causa tamen momentosa recessum urgente, satis erit fidelem officij administrationem, testimonio duorum discretorum probatam, scriptam domi reliquisse.

Hoc, ut providè ordinata, ad felicem rerum in nostro congressu agendarum successum nondum sufficiunt, nisi, et Supernum Numen ferveè implloretur, sine Deo etenim, qui in se sperantium fortitudo est, nihil potest mortalis infirmitas. Quare ut ille præstet auxilium gratiæ sue in pertractandis, quæ ad sui gloriam, & Ecclesiæ communem utilitatem, temporis felicitatem, animo volvimus, electionibus, cæterisq; ordinationibus a die 15va Junij seu Dominica 5ta post Pentec. primis Vesperis in quibusvis Conventibus Devotè recitetur Hymnus: Veni Creator Spiritus, solitis cum versiculis, et Collecta de eodem Spiritu Sancto, et Immaculate concepta Virgine, nec non S. P. Francisco, diq; post Vesperas, et Laudes, cujusvis diei frequentetur, Subjungendo ex parvis nostro more brachijs quinquies Pater, et Ave. Dum tamen pœnitentiæ diebus, post Laudes flagellatio præscribitur, huic numerum dictum Orationis Dominicæ, et Salutationis Angelicæ subrecte sat is erit. In Residentijs post consuetas meditationes, id ipsum faciat. Fratres cæteri qualibet die ter Pater, et Ave persolvant.

Ipso autem electionis die, mane hora sexta tam in Conventibus, quam in Residentijs: in his tamen ubi pauci manent Sacerdotes statuas de festo ad dictam Intentionem cum Collecta de Spiritu Sancto, cum sufficient: decantetur Sacrum votivum de Spiritu Sancto, cui omnes Patres et Fratres legitimè non impediti adsint, Clerici autem, et Laici etiam S. Communione reficiantur: alij verò Sacerdotes in privatis Missæ sacrificijs collectam addant de Spiritu Sancto. Liberam

porro omnibus hac die a primis vesperis indulgeo Sacram Confessionem
apud approbatum tamen ordinis, et Provincie Sacerdotem deponendam,
ut ita puras manus, et affectus [illegible] ad Marianas etenim Aves
de summa rerum tractabitur [illegible] levent ad Deum, et reportent Suppetias,
bene instaurando Patrum Senatui idoneas, imo necessarias.
Residentiarum nomine etiam Hospitia intelligi velim.
Tandem ne quis horum ignorantiam obtendere possit, volo, ut has me
as indictorias, simul convocatorias literas statim ac perceperint
Superiores, congregata signo Capitularis Campana familia in re
fectorio easdem prælegi, dein completo libro inscribi, denique
secundum seriem locorum, beneficio Postæ, vel per fidelem bajulum, nullo modo autem per mercatorem, quo cujus fieri potest
promoveri faciant, notato perceptionis, et expeditionis tempore,
ab ultimo ad me referendas.
Jam Valete æstimatissimi Patres, et Fratres. Orate verò Deum,
ut residuum evoz servitutis, mihi demandatæ, nec illibenter
amore Provinciæ, quam uti certissimam Matris meæ Salvatoriæ
perficiam, meri demum officij Sygillum recidam tali præsidi, qui
prudentia, et exemplo ad fovendam pietatem, ad retinendam vitæ
Franciscanæ disciplinam, ad salutis inter pauca assequendæ curam,
amplius informet vos, atqz incendat. Dedi in Conventu Nostro
Cibiniensi ad S. P. N. Franciscum 29 Maji 1780.

Idem qui supra
Fr. Vincentius Bláhó
Commissarius Visitor mpp

Fr: Modestus Karda

Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Strict. Observ. Prædicator, Concionator Ordinarius, Sacræ Theol. ac S. Canonum Lector emeritus; almæ Provinciæ S. Regis Stephani Definitor actualis, nec non ejusdem Provinciæ Commissarius Visitator, et humilis in Dño servus.

Dilectissimis in Xto Fr. Ll. Gdn. et Ll. Dis, MVDis et Vis Patribus, et charissimis Religiosis Fribus Salutem, et Seraphicam Benedictionem.

Regius Propheta David invitaverat olim Deum æternum ad reformandam Ecclesiam illo tempore per Synagogam figuratam, et Vineæ desertæ, et ambustæ comparatam dicens: Respice Domine de cœlo, et vide, et visita Vineam istam, et perfice eam Ps. 79. Annuit Votis Regis pientissimi Divina Majestas, dum Filium misit, et Benedicta Incarnatione eam visitavit, eamque dextera sua plantavit, et perfecit. Porro Vites Vineæ Ecclesiæ sunt omnes Religiones approbatæ, et specialiter illæ: quæ instituto Apostolico, ac Xto prorsus deserviunt. Inter quas vel maxime emicat Religio Seraphica, tum ob eximiam paupertatem, tum ob Signa Sacrorum Vulnerum Beatissimo P. N. Francisco impressa; tum ob vitam, et mortem Xto maxime similem. Hæc ergo est Vitis principalis Vineæ Ecclesiæ Dei, quæ ebri in tantum abundans, et fœcunda sit, ut Psalmista, Religiosas scilicet Personas per totum mundum dilatat; nisi tamen frequenter visitetur, purgetur, et excolatur, facile sylvesceret, ac in Vepres imperfectionum, et amaritudinis degenerabit. Hinc est, quod Visitatio Canonica per Sacros Canones, et Statuta nostra pro Dei gloria, animarum salute, Religionis, membrorumque ejusdem in virtutibus conservatione, ac augmento ab initio instituta sit. Quam quidem Provinciam pro hac rerum circumstantia placuit V. Definitorio imbecillitati meæ committere, imo: etsi imerenti: demandare; Quod quidem posset quibusdam in suo sensu abundantibus videri minus congruum; cum non desint in alma Provincia pro hoc munere obeundo gitiores, habiliores, Viri meminerint tales: si qui forte sint: Fratres minores dator esse mundo, ut Verbo, et facto sint testes; et imitatores excellentissimæ, et perfectissimæ Jesu Xti obedientiæ qua non solum Deo Patri suo obediens factus est pro nobis usque ad mortem Crucis, et etiam Parentibus sibi longe inferioribus subditus esse voluit; sed: quod majus est: malis etiam Principibus, Scribis, et Pharisæis obedire docuit, et obedire voluit. Quanto enim contemptibiliori præsidet, tanto magis obedientia subditi placet, et obediens meretur. Et perfectissimus, ac Evangelicus obediendi modus, et gradus est; obedire propter Deum talibus, non solum in his, quæ quis promisit in Regula observare, sed etiam in omnibus, quæ non sunt contraria animæ, et Regulæ suæ.

Proinde præsentium Visitationis Intimatoriarum Circulatione omnibus et singulis almæ hujus Provinciæ S. P. Stephani Pbus, et Dtus me indignum Commissarium Visitatorem humiliter intimo, et præsento; simulque subitam Visitationem Canonicam legaliter indico, et annuntio obtestando, ut ea singula, quæ animarum Salutem, Provinciæ decorem, et Incrementum augere possunt: signanter defectus omnes non tam correctos, aut saltem non emendatos plena, et sincera confidentia omni sepposito livore, et passione, vere, ac conscientiose juxta Regulam Evangelicam mihi patefaciant; quo facto; et obligationi Regulæ nostræ, et quieti sive puritati conscientiæ propriæ, et Confratrum suorum Salubi sine remorsu interni Judicis adæquate satisfacient, et ego, si quidpiam corrigendum occurrerit, fraterna medelam ferre haud intermittam.

Ed hoc autem meum studium efficacius prosequendum, quadam in antecessum intimanda duxi, et quidem 1mo PP. Superiores locales adhortor, ut exacta presentium publicatione subditos suos sine expressa mea facultate ad Loca notabiliter remota non mittant, sed omnino domi detineant, matine dum presentium mearum brevi futurarum conjecturaverint, qualenus in adventu meo presentes habeam ad effectum, ut, qui habet suas necessitates, presentibiliter exponere valeat; hinc previe admoneant PP. Capellanos, ut omnino vel in proprio, vel saltem in viciniori loco nostro religioso rese personaliter sistant pro visitatione Canonica.

2do PP. Superiores locales ~~Inventarium~~ exhibebunt libros rationum Entrate, et exitus Elemosyne pecuniarie pro revisione, ac subscriptione, Inventarium Sacristie, Bibliotheca, Supellectilium Domesticarum, nec non Protocolla Localia in bonam formam redacta; Libros den., in quibus Regia, et Episcopales Ordinationes; Circulares Comissariales, ac punctæ Definitoriales describuntur; aliaq omnia, quæ juxta consuetudinem Visitatoribus exhiberi solent.

3tio Si dein quis Super his ignorantiam prætendere possit, Superior Localis hanc Intimationis, non, ut recepta fuerint, in publica Communitate legi curet, ac cum annotatione dictum perceptionis, et promotionis subscriptas secura occasione de loco ad locum juxta Ordinem ad extra assignatum mittant, ultimus autem Superior eas mihi immunabit.

Valete in Xto PP. et Fres dilectissimi; et precamini vestram ad solitudinem tenuitatem meam apud cœlestem misericordiarum Patrem jugiter mementote, ut eum Salute, et gaudio vos videre, et salutare valeam. Dedi, et Signavi in Lisaviza ad S. Claudiopolitanum ad Olivas Marianas, die 10.a Julij: Anno 1783.

Idem qui Supra

Fr: Lucas Jgnatius
Secretus Commissionis

Fr: Modestus Cardaz
Commissarius Visitator

Frater Modestus Karda

Ord. Mmr. Sancti Francisci Strie. observantiæ Præ
dicator, Concionator Ordinarius, Sctæ Theologiæ, ac Sacro
rum Canonum Lector Emeritus, Provinciæ Transylvanicæ
Sancti Regis Stephani Definitor actualis, nec non Ejusdem
Provinciæ Commissarius Visitator, & humilis in Domino Servus

Dilectissimis in Christo Adm Rndis, & Rndis Mndis, & Vndis
Patribus, & Charissimis Religiosis Fratribus, Salutem &
Seraphicam Benedictionem.

Providentia Divina, & Sapientia æterna omnia in Numero, pondere, et
mensura, ordinat, atq; attingens à fine usq; ad finem fortiter, disponit om-
nia suaviter, cuilibet Creaturæ ad finem proprium media apta, ac propor-
tionata attribuens: hoc eadem Divina providentia, quod in cæteris exem-
tuxis suis, hoc ipsum præstat, in Ordinibus Religiosis, quorum singuli
fini dio consentanea elargita est media, atq; hos inter etiam Ordini
Nostro Seraphico, quem sicut in finem præstantissimum procurente
Salutis, et perfectionis proprio, et alieno instituit, per Beatissimum
Patrem N. Franciscum ita convenientissima eidem attribuit media, inte
quæ unum, et efficacissimum numeratur Visitatio Canonica, quam juste
Altissimas Ordinationes Regias mihi indignissimo commissam fraternitatibus
Superis, et Comitantibus Almo Prov. Patrum, et Fratrum præcibus
majori ex parte consummavi, propediem, quod residuum interis est divino
assistente Auxilio perficiendus.

Superest igitur Principalis Functio nimirum Celebratio Capituli Provin-
ti celebratur ex filiis hujus Almæ Provæ una cum assistentibus ibi
Conspiratis Viris Secundum Cor Dei, qui suaviter, fortiterq; passat
Populum suum Seraphicum. Habita proinde jam Augustissimi Im-
peratoris, ac Nostri Clementissimi Principis Annuentia, facta pacis
Consultatione in Alma Provæ cum ipsem Patribus, quorum intererat,
Patrum Capitulum Provinciale tenore præsentium indico, indictumq; Vobis
bus promulgo Canonicè celebrandum. Pro cujus Canonica Celebratione
deutero, ac statuo Conventum Nostrum Veteris Caudiopolitanum B. V. M.
ad Nives, Diem Vero et Mensis Septembris Anni 1783, quod hujus
meis Citatoriis universis Almo hujus Provinciæ S. Regis Stephani Colendissimis
Patribus, Charissimis Fratribus volo esse intimatum.

Et in primis ad illud Capitulum Celebrandum Adm R.P. Ministrum Provincialem
Adm R.P. Prov. R.P. Custodem, RR. PP. Diff. Celes, nec non R.P.
Provinciæ Secretarium cito, et respective merito pro die 17 mensis Augusti
ad sciam comparituros. Deinde RR PP Guardianos aebes omnes, et singulos
convoco et citio pro voto eis competente comparituros, ad Vesperum diei jam
mox citati Mensis, vel ea, quo ad Complementum hujus Almæ Provinciæ spectare videbitur
matura cum deliberatione terminare valeam. Nemo autem libre Patrum seu
Fratrum præter jam citatos ad dictum Locum Capituli accedere præsumat
Detentibus contrarijs sub pœna Apostasiæ, nisi Expressam à me habuerit in
scriptis facultatem.

Noverint autem Patres Guardiani secum deferre sequentia. 1mo Extractum Intrade et Exitus ac Temporalia Decimaria Clementina a Synodo Apostolico et duobus Diffinitis Subscriptum, et Sigillo Conventus roboratum. 2do Debita activa et Passiva. 3tio Attestationem jurata[m] ab omnibus Sacerdotibus sub familia Subscriptam Sigillogs munitam, quod omnes Missas a Superioribus Expignatas fideliter persolverint. Ipsi verò Superiores, quod omnes tum per petuas, tum manuales Missas absolvi curaverint, item an, et quot absolvendo remanserint. 4to An omnes octiduanam Recollectionem persolverint, et qui non? ob quam causam? 5to Fructus Missionem ab Ultima Congregatione Intermedia comportatos. 6to Specificationem Bonorum Stabilium, Jurium, Vinearum &c. 7mo Proventum tum in Ecclesiarum fabrica et Capellaniis Aulicis. 8vo et PP. Lectores diæ Theologiæ sive Philosophiæ Actuales Discipulos, uti et Instructores Linguæ Græcæ nunc, prout, et Professores tum Calculum, tum Humaniorum Scholasticorum. Patres Præsidentes Supra Specificata respective cum humilitate signatione dictorum Officiorum ad Locum Capituli tempestivè submittant.

Ne verò quidvis Familia Religiosa infra tempus Capituli maneat diu destituta Superiore Legitimo, harum Virtute omnes PP. Vicarij post diffinitum tempus PP. Guardianorum; nisi per Specialem nominationem alij per me fuerint provisi; immediatè sint, et habeant legitimi Præsidentes, et Conventuum Superiores, quibus omnes, et singuli de Familia nemine excepto debitam præstare teneantur obedientiam. Ipsi verò Vicarij Tanquam Præsidentes curent seriò ne hoc tempore intermedio aliquid innovetur, aut moveant, in præjudicium Conventuum; Studeant autem Pacem, Charitatem, et Regularem observare disciplinam, Evagationes restringant, ab invitationibus hospitum abstineant, ut sic in omnibus glorificetur DEUS, Ædificetur proximus.

Ut verò S. Sancti gratia actiones Nostras semper præveniat, felici tex committetur, et fortiter ad optatum finem deducat, ordino, ut à die receptionis, & promulgationis harum Citatoriarum in Conventibus post Laudes, et Vesperas in Residentijs verò post Solitas Meditationes Hymnus Veni Creator Spiritus cum Confectis Versiculis, et Collecta de Spiritu Sancto, & Immaculata Conceptione B.V. et S. P. Francisco indispensabiliter recitentur. Ipso autem die Capituli in Omnibus Conventibus, ac Residentijs mane hora Sexta Missa de Spiritu Sancto solemniter decantetur, sub qua Fratres Clerici, et Laici præmissa Sacramentali Confessione; quæ pro hac vice libera indulgetur: devotè Summam Sacram Eucharistiam, Sicq; ardentissimo affectu Supernam assistentiam Spiritus Sancti una voce, et corde implorent, ut sibi Pastorem optimum providere dignetur, qui Verbo, et Exemplo Creditam sibi familiam recte gubernet, et regat. Volo demum, ut Superiores Locales, quam primum has acceperint coram Communitate Capitulariter congregata publicari faciant, et Subscripto Nomine, et die perceptionis, et promotionis juxta ordinem à foris notatum de loco in Locum, Sequa relatione transmittant.

Valete Dilectissimi Patres, et Fratres, et pro felici agendorum cursu, pro tranquilitate Almæ hujus Provinciæ, nec non pro me indignissimo Servo Vestro Deum jugibus precibus exorate. Dedi in Conventu Nostro Cibinien: Anno 1780 Die 15 Mense Septembri

Qui supra
Frater Modestus Karda
Commissarius Visitator mpp.

De mandato A.R.P. Commissarij
Fr. Lucas Raphain mpa
Secret: Comiss.

In Nomine Domini Amen.

Occasione Secundæ Intermediæ Congregationis Almæ Provinciæ S. R. Stephani Hungaricæ Ord. Min. S. P. N. Francisci Strict. Observ. in V. Conventu V. Hunyadiensi ad B. V. Mariam in Coelos assumtam, Sub Præsidio R. P. Anacleti Ponori Ministri Provincialis actualis die 30ma & Sequentibus Mensis Augusti Anno 1812. rite & canonice celebratæ, ~~in~~

Familiâ V. Conventus Cibiniensis ad S. P. Franciscum.

In Guardianum reelectus est R. P. Leopoldus Zamulo Conc. Conf. etiam Monialium, Exhort. 40mæ alis, Proc. Prov., Præf. Sutoriæ, Examinator org.

A. R. P. Nazarius Slama Conc. Conf. Conv. S. Theol. Lect. Emer. Prov. Pbi Emer. Discr. perp. org.

R. P. Rudolphus Grafel Conc. gen. Cord. Vic. & Conf. Conv. ac Monialium, Instructor famulitii in Catech. Discr.

Jus Stanislaus Neidhard Conf. Conc. Cap. Inclitæ Reg. Sabaudiani, org.

Wp. Aloysius Bálinthi Conc. ord. Conf. Org. Hist. Domus.

Jus Moyses Páál Conc. Festivalis, Conf. Catecheta Norm. Bibl. Discr.

Jus Laurentius Szász Conc. ord. Conf. chorista, org.

Jus Bálthasár Szarz Conc. Conf. Conv. & Spir. org.

Jus Emericus Hempel Conc. Conf. Cap. Imæ Leg. Valach. ped. ord.

Jus Calixtus Lulhner Conc. Conf. Jus ad Rubram Turrim.

Jus Emericus Belesán Conc. Conf. Jus in Porumbak.

V. P. Nazarius Both Conc. extraord. Conf. oper. Discet linguam germanicam.

Q. R. F. F. Laici. Firmus Vogl Canap. Hort. Port. Proc. Henricus Smrcsk Sacr. Hort. Sart. Christophorus Deák Sutor, hort. Servit. A. R. P. Procl.

Puncta & Determinationes V. Consultorii.

1mo Detestabilis incipit Consuetudo invalere, ut Stipendia Missarum abipsis etiam Fratribus Laicis colligantur, & his pessumdatis, Intentiones Missarum v. absolute abjiciantur, v. cum questu ab Ecclæ Sub censuris prohibito Patrib. distribuantur; quo in objecto ordinatur, ut Patres v. Fratres qui jam in Suspicionem venerunt, & ab A. R. P. Mtro Procli Superioribus localiter per alios perferibentur, in Severum examen trahantur, quoniam posuerint ejusmodi, et qui in hoc deliquisse deprehensi fuerint, carceris poena ab A. R. P. Mtro Procli in eligenda pro merito puniantur.

2do Vanissimus Seculi Spiritus adeo occupavit animos juniorum præsertim Religiosorum Almæ hujus Provæ, ut plerique in mollitie, & pretiositate vestium, in multitudine diversæ instructionis faicarum, in capillis penes auriculas alendis, in admodum tenuibus, delicatisque chordis portandis, & similibus levib. immortificati, ad mollitiem, temporemque cor disponentis animi indicijs

cum Scandalo Sæcularium toti quanti immersi ēē observentur. Paterni in=
simul, ac efficacissime monentur a V. Consultoris, ut altissimæ quam Deo
ovverant paupertatis memores, vi Regulæ Capite II^do præcipientis, ut
Fratres omnes vestimentis vilibus induantur, ab omnibus innovationib⁹
in modo vestiturę, cordis, crinib⁹: sine mora desistant: rasuram religiosam
in ductu Statutor municipalium more ab antiquo recepto observent, ut lau=
dabili hac & decenti uniformitatē aliis ædificationi sint & exemplo. Ino=
bedientes a Superioribus Localibus, & ab A.R.P.M. Prōali severe puniant;
omniaque mollia, & delicata vestimenta ab aliis tollantur. Refractarii pri=
vāoe offi, v alia severiore etiam pœna in omissę plectantur.

3^o Reperiunt: proh dolor! ex almæ Prōæ filiis, qui pejores ipsis etiam Sæcularib⁹
frequentem, quin Paschalem quoque Confessionem negligant; ex quo Salutaris
gratiæ fontis neglectu fluit tepor animi in divinis, ex tepore eradicata di=
versorum malorum consuetudo, ex consuetudine cæcitas mentis, & obstinata
voluntatis in malo cor obdurantis, ex obdurāoe sempiternus interitus,
ad quem interitum plurimum conferunt illi confessarii, qui in Consuetu=
dinariis religiosis absolvendis miranda plane temeritate contra principia
Theologiæ Moralis cum ingenti etiam animæ proprię reatu faciliores sese
exhibent, quam in Sæcularibus. Ideo Similes omnes serio, & cum inter=
minaōe divini judicii admonentur a Ven. Consultorio. Illi quidem,
quatenus hocce Salutare medium āab, medendis a Xto Domino institu=
tum haud negligant: hi vō, ut muneribus Spiritualis medici minime de=
sint, fortesque se, & magnanimos in monendis arguendisque consuetudi=
narüs v recidivis religiosis exhibeant; iis vō, qui veræ emendationis
Signa n dederint, absolūonem Sacramentalem aut denegent Simpliciter pro
rāone indispoōnis, aut differant; ne detestabili conniventia sua tam
pœnitentibus, quam Sibi æternam damnāoem conciscant.
Obligabuntām Superiores locales attendere Sibi Subjectis, an, & quando
confessionem suam peragant. Superioris M. erit vigiles oculos conver=
tere ad ipsos Superiores locales, quali hi exemplo Suis præeant, &
si quem ex ipsis Scandalose excessivum, v communis eleemosynæ dila=
pidatorem deprehenderit, intermedio etiam tempore, n obstante cano=
nica electione virtute compromissi V. Consultorii ab officio amoveri po=
terit, & debebit.

4^to Admirari satis n pt V. Consultorium cæcitatem, & temeritatem n paucor
almæ Prōæ filiorum, qui cæteroquin bonos se Religiosos esse sibi pōsadent,
tamen proprietatis vitium Xtianæ etiam Sepulturæ denegaōe religiosis pro
hibitum n horrent, & contra votum paupertatis Capitalia servant, fredi=
torum morum extradant, fundos emunt, quæstus exercent, ad impensam
a se in necessitates alicujus Domus religiosæ Summam, jus sibi reservant,

pecuniam apud se detinent: clam Superioribus ad arbitrium expendunt, si quid a Benefactoribus privatis in admraturis v. Capellaniis procurant, Dominor moze agnatis v. aliis donant &c. Contra hos excessus tam enormes praesentibus ordinat, & strictissime observandum praecipit V. Consultorium, ut oēs & singuli foris degentes Religiosi Conscientiosam pecuniā, & Bancalium, quae habent, consignāoem A.R.P.M. Provali transponant in Scriptis, & intuitu ejus Summae pro ratione necessitatis retinendae, & expendendae, more religioso humiliter benedictionem exorent; de expensis in posterum faciendis rāoem conscientiosam ducant, & occasione Capituli v. congregāois ad normam Rationis Superioribus localium V. Consultorio Substernant. Iii vō, qui in religiosis domib. vivunt, cujuscumq. gradus v. eminentiae sint, acceptam ab aliquo eleemosynam pecuniariam apud se sub poena confiscāois & proprietarior. nō servent, sed ad superiorem localem deferant, qui illam nomine repraesentantis signatam, & in hujus veras necessitates impendendam per Syndicum in Casam inferri curet. Contravenientes ultra legales poenas proprietarios a Jure comminatas, a gradibus caeteroquin promeritis aliorum manerum, & officior certissime arcebuntur.

5to Post tot Salutaria monita, post tot comminaoēs contra excessivos & Scandalosos fulminatas, atque vigore hujus determinaoēs renovata, & renovatas V. Consultorium declaratēos, qui adhuc ab enormibus excessibus & Scandalosa Sal comportatione non detinuerint in ductu Sacror. Canonum Excellmo Domino Ordinario, v. etiam potestati tradendos, aut plane expellendos e Religione tanquam incorrigibiles, ne oves ejusmodi Scabiosae innocentes inficiant, & toti Proē indelebilem infamiae notam inurant.

6o Dolenter intellexit V. Consultorium Lectionem Moralis Xtiane fere ex integro negligi a multis, qui neglectus non paucos in suspicionem vocat de competenti notitia rerum Sacrmtum Poenitentiae administrandum necessariar; ideo Examen annuum virtute Statutor municipalium institutum, sed ab aliquot annis interruptum idem V. Consultorium in usum reducere statuit, monetque singulos ab hoc examine nō exceptos, ut praevie se praeparent, ne dum examinatores ab improviso examini fuerint, imparati reperiant, & suspensionis que poena se dignos efficiant.

7mo Cum aquibusdam ultimis Circularēos S.R.C. male intellectis fuerit hisce declamatur. in proximis Circularibus illatum tantum b. ta Missarum Jactam fuisse mentionem, quae a nobis abhinc annis in subsidium & amicitiae celebrandi ab solvendae singulis Sacerdotibus imposita fuerit, id erant: ea vero porro quoq. absolvendae &c. Sed Assertionem

Sed Intentiones ab A. R. P. Ministro Provinciali per Superiores Locales Annuatim proponendas a Sacra Conecolta sibi familia Sacra sibi distribuendas fore.

8vo Praeterea utinam ullus daret habitualis in uno vel medio sermone ... Lata determinatum ab A. R. P. Ministro Provinciali in electionem venit de Religiosis in Claustro viventibus cum aliquin sacro precum defectu repetenter pro mentu Dominus Religiosos Sacerdotes vero Capellanos PP. Capellanos, & Administratores hos Amos Capitulari solvent ultram pranni duobus Reverendis Sandalia quoque in Conventu Reverendis atribus Reverendis in volula repetitis significale

9no Dum venerit Deo Adjuvante Jejunium Regulare a 29 Octobris usq ad Nativitatem A. R. P. Minister Provincialis prout decum ... quas Domo Religiosa, & singulis Annis Provincie Individuis ... is datetur dispensat, pro Commutatione determinandas per singulos dies, quibus Carne vesci Contigerit.

Actus fidei Spei, & Caritatis, Processionem Indulgentiales si Commode fieri poterit in Templo cum Sanctissimo Sacramento absolvendas.

Ita est P. D. Raphael Andrasi
Consulta actualis
Ita est P. Leopoldus Camalo
Consulta actualis
Ita est P. Rogius Zeleney
Consulta actualis
Ita est P. Joannes Theis
Consulta actualis
Ita est P. Chrisologus Kasz
Custos actualis
Ita est Anacletus Ponori
Minister Provincialis

Demandato Consultorii
P. Abel Sanó
Secretarius Provincie

Fr. Anacletus Ponori

Ord. Min. S. Franc. Str. Observ., & Prov. S. R. Steph.
Minister Provincialis.

Adm. R. R. Reverendis, Mundis, Venerandis Patribus, & R. R. FF.
Salutem.

Cum pium in Domino obitum Adm. Rdi P. Nazarii Slama denuntio, ejus Viri memoriam in benedictione habere jubemur,

qui præter alios pro bono Religionis exantlatos labores, almæ hujus Prōæ Regimen per tredecim annos, ac in difficillimis rerum circumstantiis Summa cum prudentia laude tenuit, ne igitur pro tantis fatigiis, & meritis ingratum post fata ejus reperdamus animum, etsi jam aliter de aliis a V. Consultorio determinatum sit, triā pro ejus animæ refrigerio ab unoquoque Sacerdote Sacra celebrentur. Contigit vō ejus mors f: si necdum denuntiatum esset: f 24ta 7bris ex apoplexiæ ictu ante 7 dies accepto, nihilominus post Suscepta omnia Sæmta moribundorum. Præterea hac occasione adjicio Sequentia.

1o Ex declaratoe Excellmi Dni Epporum, mihi verbotenus facta, novi Parochiarum Administratores, sive in congregatoe a V. Consultorio, sivè extra eam a Prōali instituti, si jam semel ab Excellentia Sua pro hac Dioecesi sunt approbati, absque novo recursu Juris dictionem habere intelliguntur. Sed ipsos Admnratoribus rursus commendo, quod jam alias commendavi, ut regias, & Epporales Ordinationes accurate observent, & exequantur. Si qui earum exequendarum non sufficienti instructi sunt dexteritate, non ipsos tædeat, hac in re peritiores se consulere. Horreo em justissimas querelas Excelmi Dni Ordinarii, & Rndissimor Dnor Archi Diaconor, non Scio, an Socordiam potius, quam ignorantiam nostror Admratorum accusantium, quod in rebus etiam urgentissimis v nihil, v tarde respondeant. Denique ipsorum in memoriam revocatur Decretum Concilii Tridentini, & Ordinatoes Epporales, quib: stricte demandatur Residentia localis, & personalis, ad quam Curatores animarum jure nāli, divino, & Ecclastico obligantur. His accedunt puncta capitularia prohibentia ingressum ad Sedes Siculicales absque expressa licentia Superioris Majoris.

2do Cum alicui n professo tempus appropinquet emittendæ professionis Etsi jam emenso noviciatus anno ad locum Studii tranxisset, simpliciter pro eodem vota colligantur, & Series votizationis Prōali matura submittatur, nec prius ad professionem emittendam admittatur, quam de ea excipienda inde mandatum venerit; non tamen hic intelligit casus, cum alicui vota n Succedunt, nam tunc juxta Statuta nec Prōalis quicquam disponendum est, sed dimittendus est.

celebrandam, dum indicare, ac convocare deliberq ne alicui Voluis
se domui alicunde de visu Necessario non satis provisse dispen
-dium mereatur: R. R. P. P. Superiores Locales pro sua humá
-nitate et in Almam Provinciam propensione requiro, ut
Comitatus ad interventionem pro 5 circiter dierum spatio Mensal
-tium Necessarij eligendis, quibus dam Congregationem apud se cele
-brari posse cognoverint, voluerint; suam Invitationem ad
me imitate expedire non intermittant. Nikhara Strachegg
Dirk, Pistelnich, Stilleg, Ruprich, Dorotzko, Alg, Segesvarino
dempti.
4to Siquidem attenta moderna enormi Cassa Nulli omnino domui
Religiose ob Interventionem familiae meae, Provinciae, Pro-
vinciae in Hyemali Statione mea Vrbem esse voluerint,
Summam potius fessae paratus vivendi gratia mihi Con-
-sumpta in hanc subsidium Elemosina quoq mea pauli
-culum, qua me Illustrissimus Dnus Comes Cancellarius et
Secretarius Gubernialis Josephus Kanffi de Lesnitz tem-
-pore discessus mei a Vondrida Generose donavit, hinc Om-
nibus R. R. P. P. Locorum Superioribus, ut tam Dominicam
Vam post Paschae, dum Negotia rei publicae Nostrae ad
Sua deducuntur vtex me complectuntur Locorum et Avenam
pro interventione Provinciae Provinciae promovendam
ubiq trahere necessaria curent: Ille,
-ras vero a dicta Dnica Va post Paschae ad finem usq Maij
Mariadimum, inde vero usq ad Orig regationem Claudiopolim
Dirigendi.

7mo Dolore non minus, quam admiratione percellor vehementi, quod nec severa Prædilectorum nostrorum amantissimorum Omnia ulciscendi Comminatio, nec præsens vindicatis Dei flagellum, nec demum Exhortationes meæ tantum apud Quosdam Discolos Religiosos, imprimis, ut reor, vocationis penitus immemores, potuerint habere gressum, ut a pessima malo, damnabilis Consuetudinis via, tandem sensationes pacti recedant: hinc ultimo peremptorium iis repando vocem, seriis in Christo Jesu cohortando: quatenus ad meliorem fragem redeant, honorem almo Matris Provinciæ mundi ludibrio amplius non exponant, seq in religiosæ Perfectionis studio sua Vocatione dignos efficiant, secus ipsi in ultimis Arcularibus, fuit inculcatum Excellmo Duo Ordinario pro condigna Castigatione exadendos, fuisse proclamo. Orate Deum Omnipotentem Patres, & Fratres dilectissimi, ut in his difficillimis rerum Circumstantiis sua Gratia roboret voluntatem meam, ad dirigendos Pressus Vestros. Nam pacis. Dedi et signavi in Conventu Nostro Albinensi ad S. P. N. Laneusium die 26ta Marty 817.

Idem qui supra
(L.S.ma) P. Cherubinus Kleeberg
jor. Min. Provis.

P. Cherubinus Kleeberg
Ordinis Minorum S.P.N. Francisci Strictioris observ.
Ref. S.S. Theologiæ Lector, Consultor emeritus, Provl
S. Legis Stephani Transylvanicæ
Minister Provincialis, et humilis in Christo Servus

Dilectissimis in Domino Adm. Rdis Rdis, MVndis venerandis et Religiosis Fratribus Salutem!

Non levia sunt momenta, quæ me ad celebrandum solito maturius primam intermediam congregationem compulere; quanta vero regnet in domibus nostris Religiosis egestas palam fit inde, quod in conformitate ultimarum meam Circularium duo solum modo conventuales se nunciaverint, Nimirum R.P. Guardianus Mediensis, et R.P. Præsidens Szászvárosiensis: hinc ulterius progredi itinerariis RR PP Consultorum succensam, locum congressus nostri Vi. Conventum Nostrum Mediensem designo, diemque 15tam Julii constituo. Ad quem Congressum rite celebrandum Adm: R.P. Chrisologum Szász, qua Provincialem per humaniter invito, quo cultodem vero actualem unacum RR PP Consultoribus, atque R. Secretario Provinciæ prodie 12 Ejusdem mensis ad vesperum, religiosis omnibus ad præfatum conventum non pertinentibus exclusis legaliter cito.

Quare R.R. PP Locorum Superiores indistincte sollis præcipio segredia submittant Admo RR PP Guardiani humillem sui officii resignationem, quam esto quis eorum tergiversando non submitteret, vi sua nihilominus necessitate, officio suo privatur

1mo Extractum introitus et exitus 3tio Attestatum Missarum
2do Fructus Missionum. 5to Debita activa, et Passiva 6to
Specificationem victualium, eamque conscientiosam quam antehac
7mo Proventum capellaniarum. 8vo Attestatum de peracta
Recollectione 9no RR PP Lectores, calculum de suis Stu-
dentibus, prout et PP Professores Informationem Juventutis
scholasticæ. 10mo Denique Directorem familiæ suæ rationes.

M. V. Patribus Professoribus, qui aliorsum disponentur, in virtute
salutaris obedientiæ præcipio, ut finita congregatione Collectiones suas
non neligent, verum ad finem usque anni scholastici suis officiosis
conscientiose satisfaciant.

Ut vero Spiritus Sanctus Consilia nostra moderetur hinc ordino, ut a die
publicationis harum in omnibus locis nostris post ordinatas medita-
tiones, Hymnus veni creator cum solitis V. V. et orationibus per-
solvatur, Patres vero in Missis colectam de Spiritu Sancto addant
dum rubricæ id admiserint. Ipsa die Congregationis, hora sexta
matutina Missa solemnis decantetur, in qua Patres omnes præmis-
sa sacramentali confessione, quam in hac vice liberam indulgeo
simul devote communicabunt. RR PP. Locorum Superiores
præsentes publicatas, Protocollo inserant, sine mora promove-
bunt. Valete Patres, et Fratres dilectissimi! mementote
mei in orationibus vestris, ut inter sexcenta curarum
genera, ad aliquam consolationis [illegible] mereat, vos ambulare in
Lege mandatorum DNi. Datum in V. Residentia nostra Sáspe-
variensi ad S. Elisabetham Reginam. die 1ma Junii
Idem qui supra. P. Cherubinus Kleeberg
Minister Provincialis.

Fr. Cherubinus Kleeberg Ord. Min. S. P. N. Francisci obs. Ref.
S.S.o Theologiæ Lector et Consultor omnes Provinciæ S. R. Stephani
Sanctæ Minister Provincialis & humilis in Xto Servus.
Dilectissimis in Xto et Fratribus, Ministris, VV. PP. et RR PP
Fratribus Salutem a Domino & pacem.
Compositis cum adjutorio Altissimi vestrorum suffragio stipendia
gratiosibus Almæ Hujus Regulæ reliquum est, ut illa, quæ voluisse
dilectissimis VV. et Vobis Communicari optarem, aperiam in sequentibus
punctis et quidem.
1o Dum ad normam altissimarum ordinationum officiosis meis villis
consensum Excellentissimi Illustrissimi ac Reverendissimi Dni Dni
Nuncii Vti. interea die congregationis celebrandæ solitis assem in sequen-
tibus mihi resolvere dignatus est

" Non audeo quot celebrande Missæ sint labor, cum etiam citra hanc negotia sorte occurrat, mutua opera superari queant, atque adeo nullam hoc anno inter mediam Congregationem futuram esse notum reddo. Paulo post media die electo Patre Fratre Joanne Joan Eppalen pro Cancellario celebrandi hoc anno capituli Provincialis adunti, officium meo similiter absente et causis mihi notis ultroneo resignavi; quam resignationem dati ad me die 23 Junii gratissimis litteris segventi declaratione sua ratam fecit: " Provincialatum continuare volo usque ad proximum tempus, " vestrarum igitur partium erit ad tempus usque Capitulum Provincialis futuro anno celebrandi, in præsentibus negotiis circa Missionem Domus confugere. Quorum e pregnantibus causis collato cum Senioribus fratribus Consilio Provincialis consilium Equum Deo verum arbitrati sumus, nihilhunc determinatum est mihi, ea nihilominus tempore opportuno circulatione molestet vobis. Hinc et cum provocavi Semigallie et Carolinensis circulationi quantotius ibidem me compatere oportebit, inde comitatus Sub Excellentiis Equitibus me vocare poterit Hungaricum, circa festum SSPP Claudiopolitanum.

Siquidem interventio Religiosæ Juventutis assit in novo Seminario Carolinensi citra omne subsidium alio fonte sperandum in Deo postulo verum reclinata sit, habita hoc fine cum Rmo Dno Episcopo provinciarum dictione, sequens facta est circa domos nostras religiosas reparationis necessitate quotannis ab ea novam mutuationem et Carolinum subsidiandam, summe vero ante præsentem colligendam: Albinum Sobel 20, Togaras 20, Hunyad 20, Karolvaras Vaskapely 10 Szedia 50, Szászvaros Gyarkey 20 Sibel 20 in summa 200 Imquod conformitate stipe ordinis ubi dictum Gyarkey, Cibinium Sombyo, Corona Togaras Albinum, Karlvaras Vaskapely ab hac summa perceptione per fidelem cujusque summam sibi deformandas Sine mora Sedem transmittant. Quandoquidem ejusdem mittendi usus adventum consignandi Deo vero, Szász Claudiopolis Szászvaros, Hunyad Dedi sedulo providentia erga quelandam submittentes. Capitalium positorum per Capitulum Carolinense electorum interventio, quo sine existarum mere Provinciæ percipiebat, quotannis pauper novo seminario adjuti ea vero, quæ testamentaliter stipendia sunt, ad singularem intercessionem meam non restrictum sunt, sine quibet superior Localis apud quem hujusmodi Missæ fundationales sunt, et Decretale sua me genuine informabit, quot Capitulatis a quibus Domus Religiosa habeat. Hæc informatio mediante Rediam dirigenda est.

Gravamen enormes, eos repetitos degestus Sacri scandalorum polationis, pro pietatis, hinc potius infelix confratres posset. Absolemus Ecclesiæ, et hoc ad Sanctum Sedem David Crimine, quo jam atrocius clanculario efficacem Missionem corrogando, Cibinio etiam e Cassa sacristiæ Justine Confessario in simul 20 florenos rebiliores non absolutas habeat inter quas 54 Cantate reperiorum qui coram Judice Diocesano cum sub amissione Horæ Sabbati geminflexui ad Deum Sacerdotalem negasset se ultra 52 Intentiones in Dioecesano amotatas, plures habere absolvendas, ad Sanctum enormitatis, Crimen expiandum, totam me cum Sanctitate, coram tota Familia Religiosa prorum ejusdem pro meritis Corpus, Domi Carcere novo mancipatus est. Precibus Cujusque pax pace, et aqua in Sanctissimi ami macerandus. Et horrifice Patres! Dum Sanctum in Religiosis Sanctitate admiramini Monstrum! Miseriamur igitur animæ illius et Ultionis Divinæ fulmen impediamus, sinas per

a cuncto depellat.

Maceretur Caro illius ut Spiritus Salvus fiat. Sola proin hanc minimam ame supportabili indigt repartitione sequentes Religiosa Domus hoc ordine pro Diffy C.S Pogaras ad Int 15 Leal pro Ossa S.C. Rupes ad Int 9 pro Stat Safejum ad Int Leal 9 Sadopoli ad Int Leal 10 C.S Hunyad ad Int Leal 10 C.S Media ad Int Leal 10 Shonda ad Int Leal 10 Claudiopoli ad Int Leal 20 C.S Szamosujvar ad Int Leal 20 C.S Deesd ad Int Leal 11 C.S Szeid ad Int Leal 13 C.S Maros vasarhely ad Int Leal 18 Michaza ad Int Leal 21 C.S Udvarhely ad Int Leal 15

4to Carceres Religiosas indulta Illustrissimarum Ordinationum Sua Excellentia Eppalis modificari cupit, praecipuq: ut cella communiter habitabilis, janua, fenestra, foraxta instructa paretur in quolibet Conventu: fori vero sepa appendatur, extra fenestram crates ferrei, e ligneis satis robustis, ne applicentur ne deliquens seu ex malitia, seu ex simplicitate aliat. omnino illaq: RR DD Guardianis in virtute Salutaris obedientiae praecipio, ut dum Summam reparitionalem pro Summario submittendi, simul Testimonium ab uno Dispositore super parato novo carcere subscriptum transmittant, gravis simam seruq: Animae adversionem incassuri.

5to Ne Curso Beneficiali injuste oneretur, fratresne fisce requiro omnia Consultorii nomina, qualenus super providentibus Claudiopolitano, Szamosujvarien: et Coronensi, amoti inde ad curam Animarum per Eppum Guardianij vota sua inscriptis spe diam mihi submittant, nam illo stabiliter in Guardianos Confirment, ut ealenus ad Capitulum Provale futuro Anno Canonice celebrandum confluere possint.

6to Demum Domini habitualis industrialiter vita est adeo magna quam Ritus Boreal in effatis, hinc submisso primum effectivae malis consulendi, quibus libet sibi prouidere potent, Superiores vero Locales habituentur ad Libros um, Sacellum, et Ecclesiae Linum ad ministreal, ne ipsemet cellarum visitationem post hoc monita instituere cogar.

7mo Quia Mon: RR Caroli Lembel Capellani quoad in Nostro passu respective Superiore Locali hucusq: intimata non fuit, consulo suffragia pro eodem absolvenda Conventui.

8vo Ob Jejunium temporum dispenso in Jejunio regulari sub Conditionibus alias exponendis praesentibus subsignatis in protocollali Solenitatis more.

Dispositum communico Tabulam Status nostri Personalis usq: in Diem Ballocano Presentem dicem pro singulorum notitia: Vale pro me, et Gratia Domini nostri Jesu Christi cum Spiritu vestro Fratres Amen. Dat. et Signavi in Venerabili Conventu nostro Csik Somlyoiensi die 31 Julij 1818

Idem qui Supra
Fr Cherubinus Filleborg
Min Provinc
Max Brodij.

P. CHERUBINUS KLEEBERG
Ordinis Minorum S.P.N. Francisci
Strictioris Observ. Ref. S. Theolog. Lector,
et Consultor Emeritus, Provincio S. Regis
Stephani Transylvanico Minister Pro-
vincialis, et humilis in Christo servus.
Dilectissimis in Christo Admodo, Admodo, Ve-
nerandis, Viris Patribus, & Rel. Fratribus
Salutem a Domino!

Stabilito in Ductu Altissimarum Ordinatio-
num Novo Regularium Instituto, Clero
Iuniore tum Nostro, tum PP. Observantium
Asarolinam translato, Ministerialis mei Mu-
nerio est, ut Vobiscum Dilectissimis PP.
et FF. ea communicem, quo partim Idem
Institutum, partim Religiosam in Communi
Disciplinam attinent: Itaque

1mo) Expressa Suo Excellentio Episcopalis qua Ge-
neralis Ministri in hac Dioecesi voluntas
est, ut Superior Nostri Instituti S. Ra-
phaël Andrasi, post Ministrum Provin-
cialem, primum immediate locum in Pro-
vincia habeat, hunc vero Dignitatis Gra-
dum Successores sui etiam retineant. ~~Cogitur~~
~~ea ordinatio tam Ille, tam Nostrae~~
~~Curiae Regestorum extitit, quam Ex-~~
~~hibitorum Causa in indictum Silentium.~~

2do) Ceterum, quod per postremum punctum in sequentibus Circularibus è deletum
Votum vero singulis Excellentissimum Dnum
Alexandrum Rudnay Episcopum Nostrum Dio-
cesanum, in futuro Capitulo Nostro Provinciali
Anno 1819. canonice celebrando, in Persona pro-
sidere velle.

Ztio

3tio) Quidam Superiorum Localium p. quorum Dominibus parco p. tanto fermtur fastu, ut qua Administratores Parochio jugum Obedientiæ Regularis denegasse videantur, respuendo subjecta ipsis assignata: in cujus rei meritò facto ad suam Excellentiam Cæsaleam recursu, id responsi dde 8vo Xbris obtinui: Quidquid nomine meo ad votum Obedientiæ resle, ctendo venire, neque eorum relate ad aliqua subjecta acceptanda, vel respuenda, voluntati, sed meis, et &c. dispositionibus standum esse.

4to) Iterato admonentur Superiores Locales, ut Supernovis Carceribus erecti, testimonia sua ab imo discreto subscripta, Mihi submittant: Inventaria Mobilium conficiant, Bibliothecas in ordinem redigi, Catalogum confici, atque fenestras ab Historicis Domûs complevi faciant, Contravenientes deferam Suæ Excellentiæ Cæsari, quacum cæteroquin omnes Circulares meas communicare consuevi: In persolvendis vero Missis Sclerosianis, onero conscientiam eorumdem Superiorum Localium.

5to) [illegible] meis, [illegible] promovere, mutuo prosequendum, et ajutatricem [illegible] adhuc non experientes [illegible] crassa, cujus Cellam, donec tota nocte vacuum cum stridore exirent, mane [illegible] ad exemplum aliorum [illegible] Religiosorum, [illegible] ad Tenorem [illegible] omnes.

6to) Famificina Nostra actu 150, et amplius Ulmi Lanni provisa est, Indigentibus submisso pretio sine assignatione alias consueta, subministrabitur.

7mo) Dum datum Personalem his accludo, simul intimo Stationem meam hyemalem Medio est. Orate pro Me

P.S.

BB. et PP. Dilectissimi! ut semper illa exequar, quæ placita sunt in oculis Domini; neve dum alios prædicavero, ipsemet reprobus efficiar: Nihilum quidem criminis mihi conscius sum, sed in hoc justificatus non sum, qui autem me judicat, Dominus est. Dixi, et signavi in Conventu Vestro Cliensi ad BVM. Immaculatæ Conceptam die 25ta 9bris 1818.

Idem qui supra
F. Cherubinus Alsberg
Min. Provincialis.

F. Cherubino Alsberg
Ord. Min. S. P. N. Franc. Strict. Obsrvæ Ref. SS. Theologiæ Lector, et Consultor Emeritus, Provæ S. Regis Stephani Transylvanicæ Min. Provalis, et humilis in Christo Servus, Dilectissimis in Xto A. R dis, R dis, Vdis, VV. PP. et Religiosis Fratribus Salutem a Domino!

Diuturnum me tenuit a tempore ultimarum Mearum Circularium Silentium, quod prae ex una Infirmitas inde a primis Diebus Novi Anni, negotiorumque officiosorum Moles, parte vero ex altera visita Canonica a Sua Excellentia Episcopali determinanda modalitas, mecum nedum communicata, causavere. Urgent Nihilominus Circumstantiæ quædam harum quoque exactionem, quarum
ja est, Ut Vobiscum Dilectissimis PP. et FF. gratiosas Excellentissimi, Illustrissimi, ac Reverendissimi Dni Ordinarii postremas ad me datas Litteras verbo tenus communicem, prout sequitur:

A. R. P. Mr Provalis!

Capituli, finita Canonica Dioecesis Visitatione, celebrandi, prout et praliminario prædenominandos Commissarios peragendæ Conventuum Visitationis Curam Singularem habiturus sum, Paternitatem Vestram tempestive de utroque edocebo, qui interea pius Suffragiis etc.

Alba Carolina 19a Martii 1819.

Addictus in Domino
Alexander mp.

2. Appropinquante festo S. Georgii, hisce Ordine: ut in cĩis Domibus Nostris pro Exclmõ Dõ Gubernatore Comite Georgio Dánffi de Losontz, qua Supremo Prõa Nostra Syndico, die 24ª Aprilis una Missa Solemnis decantetur, qui võ Praesentes fordius percepserint, eandem sine mora promoverant.

3. Siquidem inde a 25ª q̃ti a. p. multa Mutationes in alma Prõa contigerint, circa Statum personalem, eo addito; quod a 1ª Martii a. c. nulla planè mutatio intervenerit, nisi quod P. Stanislaus Szeberes Sttiæ Exclmi D. Praesidis in perpetuum suspensus, antequam in Várhegy carceri manciparetur, ob incuriam ejatis Superioris Localis Apostataverit, atque prout mihi recens innotuit, post multa Scandala in Compilis hinc inde data, in veste Religiosa obierit, atque etiam probabilius in Szára apud Sp. D. Franciscum Barantyai celebrãre perhibeatur. Circa hunc igitur praecipio cĩis Confratribus indiscriminatim in Virtute Salutaris Obedientiæ, ut ubicunque ipsum repererint, intercipiant, atque sub optima Custodia diu, noctuque ad proximiorem Conventum deducant, eodem momento incarcerandum; Superior vero Localis eundem dietim in pane, et aqua Maceret, meq; in dilate informet.

Postremò: Ultimarum Mearum Encyclicarum punctum, quidam Confratrum ita interpretati sunt, quasi A. R. P. Superior Instituti Regularium in Praejudicium A. R. P. Custodis Actualis fuisset a Sua Exclta Eppali prima post Praalem Persona Constituta: volo igitur, ut intelligat Dispõe Sua Exclta Eppalis: salva V. Consultorii Auctoritate. Ne vero idem punctum ad Conventus transmittatur, hisce committo Superioribus Localibus, ut idem e Protocollis ubique deleant, ~~omnem~~ ~~omnem~~ ~~omnem~~, ~~omnem~~ ~~omnem~~, ~~omnem~~ ~~omnem~~. Orate Deum Omnipotentem pro Me, et pro Dilectissimi! ut Urbis de meliori Rectore Prõa quantocyus providere dignetur. Dedi, et Signavi in V. Conventu Nostro Mediensi ad B. V. M. Immaculatè conceptam die 4ª Aprilis 1819.

Idem qui supra
P. Cherubinus Kleeberg. m. p.
Mr Praalis.

L. S.

Fr. Raphaël Andrasi.

Ord. Min. S. P. N. Francisci Strict. Obsvæ Provæ Trannicæ a S. Stephano Rege nuncupatæ Alumnus, Religiosi Instituti A Gærslinen ad S. Joannem Capistranum Superior, necnon prælaudatæ Provæ Commissarius Visitator, et Humilis in Dño Servus!

Dilectissimis in Xto Adm. Rdis, Rdis, Dis, et Mdis cujuscunque officii, Gradûs, et Eminentiæ Patribus, necnon Religiosis Fratribus Ejusdem Ordinis, et Provæ Salutem, et Coelestis Gratiæ Incrementum!

Militantis Ecclesiæ, Capitisque ejus Visibilis, seu JESU Christi in Terris Vicarii ea semper fuit erga Viros Evangelicorum Consiliorum Adsertores, peculiariter vero erga Seraphici Patriarchæ S. Francisci Filios, benignitas, ut Eos Speciali favore prosequeretur, et Maxime licet totius Orbis Christiani Regimine distentus, non Parvam curarum Suarum Apostolicarum Partem commodo, utilitatique eorum Spirituali consecraret, Eosdem, Ordinemque Ipsorum Universum latè per Christianum Orbem diffusum, ab Ordinaria Dioecesanorum Jurisdictione de Plenitudine Apostolicæ Potestatis eximendo, multisque aliis Privilegiis Apostolicis condecorando; Interim ne Sic etiam exempti a recta Virtutis, Sitique Propriæ Evangelicæ Perfectionis tramite deflecterent, vel ex humana, quam cum Veste Sæculari exuere negligerent, fragilitate ne fors deflectentes, citius, facilius que Reducerentur, Eorundem Dioecesanorum, vel ut Sanctæ, et Apostolicæ Sedis Delegatorum Cura, et Clientelari Protectioni provide committendo.

Magnis Suis Decessorum Suorum Vestigiis insistens verus Ille Peregrinus Apostolicus Pius VI^us Pontifex Max. dum adjunctis Ecclesiæ Catholicæ, ita ferentibus, anno Xti MDCCLXXXII Viennam Austriæ venisset, maximumque omnium Religiosorum cum Generalibus Ministris extra Ditiones Austriacæ Domui Subjectas habitantibus a Joseph II^o Imperatore e Politico Statûs Principio præcisum: relicta duntaxat Precum, et Suffragiorum communione: conspexisset, in hac Sancta Disciplina Ecclesiastica Mutatione pro Sua in Religiosos Ordines Pietatis Benignitate Speciali Apostolica provisione ulterius ratus, inter Cætera cum eodem Imperatore Accordata illud quoque Sapientissimè Statuit, ut Religiosi Sinantur regi per Suos Prælatos respectivosque Superiores Sub Inspectione

Dioecesanorum

Diœcesanorum Episcorum. Posteaquam vō Gloriosè regnano Francisco I Imperatore, Rege Hungariæ, Apostolico, et Magno Principe Transilvaniæ, restituta de facto Provinciis Religiosis Antiqua Regiminis formā, Ipse quoque nexum cum Ministris Generalibus præcisum manere voluit, et id ipsum etiam Magnus Pius VI Successor hodie Ecclesiam felicissimè gubernans, Pius VII. Pont. Max. facilè saltem consensu ratum, fixumq habuit; ex quo ultro consequitur, et extra oē dubium est Episcopos Diœcesanos in Ditionib Cæsareo-Regiis Austriacis, atque adeo in hoc etiam Magno Transilvaniæ Principatu tum Regio Apostolici, et Transylvanicæ Principis voluntate, tum Sedis in terris Vicarii Consensu, et Authoritate Ministrorum Illius vices obire, Ipsoque oē, nec n Authoritatem Ordinariam Eorum in Eosdem Diœcesanos transiisse.

Qua Authoritate Exclmus Illmus, ac Rdissimus Dominus Præsul Transilvaniæ longè Celendissimus, ad Fidei Nostræ, Ecclesiæq Dei Sanctæ decus, et Ornamentum uti volens, nihilq aliud, quam reductionem degenerum, Franciscalium Filiorum ad Evangelicæ Perfectionis Semitam: quam collapsæ inter Nos Disciplinæ Religiosæ restitutionem: quam totius Fraternitatis renovationem in Spiritu Religioso, et quasi regenerationem vehementer desiderans, et ad hunc Nobilissimum finem obtinendum oēs Fratres et Ordinis Leges, atque Constitutiones, prout temporum adjuncta moderna admiserint, pristino Vigori hac restituere in Vtilis habens, primum Regenerationis Fratrum Rapidem ponere dignatus est, dum in dicta Regiarum Ordinationum Visitatorem ex intraneis Fratribus Antecedentium, nec n constitutionum Nostrarum Illum, me seu facta ætate, Sive viarum difficultate ne quidquam adlegata, Commissarium Visitatorem hujus Almæ Fratrum totius gratiosè Nominavit Benigno Suo Decreto ad me dato Sequentis tenoris:

Alexander de Eadem, et Divina Ut salut. Dei, et Apostolicæ Sedis Gratia Episcopus Transilvaniæ, Sacræ Cæsareo Regiæ et Apostolicæ Majestatis Status, et Excelsi Regii Gubernii hic Magno Ejusdem Transilvaniæ Consiliarius Ubiquique Actualis Intimus Supremus Cæsarum Catholicarum per Transilvaniam Scholarum Director, et S. Theol. Doctor.

Dilectissimo Nobis in Xto, Honorabili Raphaeli Andræi Ord. S. Francisci Strict. Observ. Fratri S. Stephani Regis emerito Consultori, ac Custodi, nec non Religiosi Instituti ad S. Joannem Capistranum Superiori Salutem a Dno sempiternam.

Dilectissimi

Gravissimis malis, quibus non tm̃ Prōa Franciscanorum S. Stephani Regio, Sed Universa Eccliā Trānica per pravos, et degeneres S. Patriarchæ Francisci Filios adflicta, ac lacerata, quantum in Dnō possumus Salutarem adaturi Medicinam Capitulum Prōle futuro Mense Augusto, Sub Nostro, vel Si gravibus prohibere mur impedimentis, Sub Præsidio Vicarii, et Cantarum Auditorio Nostri Illō Deo dante, locove Subinde per Nos designando celebrandum, Præliminaremque Visitatōnem in Orib Religiosis Domibus hujus Prōæ Jure Delegandum Nostrum Commissarium Cippalem pro More, Institutoque Majorum peragendam firmiter decrevimus. Tuæ igitur de Memoriā recolentes singularem tuam Scientiam, agendi dexteritatem, pietatem, et ad ōem Disciplinæ Rigorem exactam Morum probitatem, Cæteraque egregias animi et Corporis Dotes tanto Muneri ritē obeundo pares, Te Authoritate Nostra Ordinaria, Nobis tum per Sacros Canones, tum per benignas Regulārum Regias, imo per Sedem quoque Apostolicam attributa, in Visitatorem Commissarium Nostrum Vigore præsentium eligimus, et Nominamus, Tibi in Dnō committentes imo in quantum opus est, e Delegatōne quoque Apostolica serio præcipientes, ut assumpto in Comitatum hujusmodi Negotio versato, ac probo e Prōæ quodcunque Individuo, cūa Religiosa hujus Prōæ Domicilia diligenter obeas, et interea dum Nos visitatōne Canonica residui adhuc Nobis commissi Dominici Gregis, Subalternorumq Eorum pertungemur, Ni humano timore, aut favore postposito, in eō Nostrorum defectuque irrepentes sollicite ingrediaris, quod Gestis e vestigiis confracta alligas, diruta consolideis, dispersa congregis, Regularemque Disciplinam ubique inducas, graviora vō, et cum votis Religiosis minimē componibilia, ac irradicata Mala, quibus medela instantanea opere perferenda, ac per Nos in Specula Pastorali Authore Dnō constitutus, ac severissime olim de animabus Nobis commissis, reddende Rāoni obnoxios, Oi virium contentione corrigenda.

Vos circa oib Prōæ S. Stephani cujuscunq Dignitatis Præsidio, Superioribus, et Alumnis in Virtute Sanctæ, et Salutaris Obedientiæ, Harum Serie præcipimus, et Mandamus, ut Te Raphaëlem Andrasi in Commissarium Visitatorem per Nos Nominatum pro tali recognoscere, Tibi debitum Reverentiam, Obedientiam exhibere, promptamque ubivis ad hoc munus ritē exequendum operam præbere noverint, ac teneantur.

Ad cujus

Ad cujus felicem consummāonem Tibi, oīb; qbus ad qvod Legaōne pro Nobis fungeno, veneris, Paternam Benedictionem peramanter impertimur. Datum A. Carolinæ in Residentia Nostra Eppali, Die 24ª Aprilis. Anno Dñi Millesimo Octingenteoimo Decimo Nono Eppatus Nostri Anno Qvarto.

Alexander. Pp. VIII.

L. S.

Ad gratiosum Suæ Sanctis Eppalis Mandatum Josephus Famāsi. Mp. Canonicus a Latere, et Capellani & Eppalis Director.

Ad tenorem Brevis hujus Decreti Nostris Constitūonib; conformiter, oīb; et Singulis Almæ hujus Urbis Superiorib; atqve Alumnis, meam, ut præmittitur habetur Nominaōnem in Commissarium Visitatorem officiose intimo, Simulqve futuram Visitaōnem Canonicam per me instituendam legaliter annuncio, et indico.

Primum itaqve, et ante oia obsecro Vos Patres, et Fratres desideratissimi! per Viscera Jesu Christi, et Sacra Stigmatizati Patriarchæ Nostri Vulnera, deponite, si qvi adhuc fovetis, iram, indignationem, Malitiam, personale odium, et exspoliantes Vos veterem hominem cum actib; Suis, et induentes Novum, juxta Monitum Apostoli, a Murmuraōne contra Missionem: a detractione contra Missum parcite Linqvæ. Vos, qvi ad hoc munus Multis titulis digniores extitis, nolite indignari, vel Scrutari profunda Divinæ Providentiæ, Sed adorate potius; ad id reflectentes animum, qvo viliori Deus Medio utitur ad Magnos fines, eo Magis clarescere Gloriam potentiæ, Magnitudinis qve ejus. Vos, qvi forte præconcepta opinione abrepti, hodie qvoqve tenebris obductum habetis intellectum, Nolite ante tempus judicare, Sed potius Sanis Christianæ Moralis Principiis Vosmet roborate; Scientes unum qvemqve ex fructib; Propriis cognoscendum, juxta effatum Dñi; non ex obtrectaōnibus malevolorum dijudicandum. Vos, qvi factionum, Subornationumqve Auctores, vel Fautores extitistis, et Miseram Urbem in Hos, qvib; jactatur, fluctus conjecistis, Nolite timere, Sed potius in Compunctæ cordis amaritudine, Optima qvæqve Vobis promittite; persuadentes Vobiscum, generosa Sanctorum, et Sancti Sanctorum pro inimicis Orantis exempla, non tam Vobis proposita esse, ut spectemus tm. Sed ut sectemur etiam. Aliqvi communis Patris, cujus ego nunc Personam in hoc Interimali munere, vel potius onere assumere jubeor, officium præcipuum est, qvidvis præteritorum Memoria, eo æqvali charitate completi, et tam privato partium, qvam publico Totius Visitaōni concrediti

Bono

Deinde, quod mihi Salutta Sambucana dicta. Cap. 8. & 8b.
hoc ego Vobis ōib. in Virtute Sacre, et Salutaris Obedientie distri-
cte precipio, ut Primum in Visitatione Canonica, oia, qua pro Dei
Gloria: pro Confratrum Vestrorum Salute: pro Religionis, Eccleqpe hu-
jus decore, et emolumento, admonitione, correctione reformatione, aut
previsione in futurum, in Conscientia judicaveritis indigere, mihi
Sincerè fidelit. Simulq confident, magno Xtiana, et Religio-
sa Charitatis zelo aperiatis; Defectus nempe Superiorum ac
ac Subditorum, quos vel ex Visu, vel ex fide digna relatione Vi-
veritis Commissos, et non emendatos, aut neq Correctos; non odio
livore, vindicte Studio; non Fratri Nocendi vel Superiori adu-
landi, aut favorem, promotionemve aucupandi cupiditate illecti,
verum, sola animarum Fratris, pro qua Christus Mortuus est,
lucrandi: honorem Eccle tantopere laceratam redintegrandi:
enormia tott Scandala a Nobis posita tollendi sanctissima vo-
luntate moti, et inducti. Quod, ut Majori cum fiducia præsta-
tio, habebitis me Secreti per vos mihi committendi Custodem Fide-
lissimum.

Jam quod reliquas Muneris Mei partes, pro scopo ejus
felicius adsequendo ordine sequentia:

I^o. Rdi DD. Locorum Superiores ita Negotia Domus
sibi concredita disponant, ut tam Ipsi, quam Singuli Subdito-
rum occasione Visitationis personaliter presentes sint. Qua de re
Patres Administratores, et Capellanos tempestive admoniboo volo, ut
quos pariter omnes videre desidero. Si qui vero Ipsorum, justa
de causa comparere nequirent, ea, que Significanda habent, Sub Sigil-
lo mihi filiali transmittant fiducia Sub Secreto pariter manenda.

II^o. Idem Rdi DD. Superiores Locorum Inventarium Su-
pellectilium Ecclesie, et Utensilium Domus: ubi deesset, absque
mora conficiendum:; Librum item Rationum, et Missarum: Pro-
tocolla regiarum, et Episcopalium Ordinationum: Circularium
Eccle: Determinationum V. Consultorii: Catalogum Librorum, et
Sacra in Visitatione exhiberi solita debito modo, et Ordine
substernent. Haud absimiliter Rationes Typographie Eskiensis,
et Sanificing Coronensis: cujus peculiarem habere rationem neces-
sitas ipsa Provincie exposcit: accurate confectas reperire cupio.

III^o. Rdi etiam Professores noverint Scholas ōes per me in vi-
sendas, Discipulosque suos Extraordinario Examini subjiciendos,
ut Excelmo Dno Præsuli, tanquam Supremo omnium Catholicarum

in Transilvania

in Trannia Scholarum Directori, genuinam de Scholis etiam Nostris, tam Latinis, quam Normalibus & Nationalibusque, et bono, vel ruinoso Earum Statu, deque Moderatoribus Informationem praestare valeam. Huc intellecto etiam Seminario Cis Somlyoviensi, tam quoad Administrationem ejus, tum quoad Fundationem, et Statum Activum, ne non etiam Passivum.

IV^to. Cum Excelmus Dnus Praesul doleno observaverit Votum Pauperiatis apud Nos vehementer vapulare, ex Ejusdem Pratioso mandato, Illico in Virtute Sanctae Salutarisq Obedientiae injungo omnibus, et Singulis Almae hujus Praes. Individuis, cujuscunque officii, Eminentiaeque Sint: Ipsis etiam Administratoribus, et Capellanis tam Localibus, et Domesticis, quam Castrensibus, et Praesidiariis, ut Fassionem Conscientiosam omnium Suorum utensilium, Realitatum, Pecuniae quoque tam in Schoedis, quam in Moneta, Si quis haberet, Conventionali conficiant, uoualli Sigillo munitam Sub Fide Sacerdotali Subscribant, Mihi, vel Personaliter, vel Si quem vera necessitas a Conspectu meo arceret, Sub Sigillo transponendam. Fratres Laici teneantur coram Locali Superiore, et uno, ubi adest, Discreto, hanc Fassionem deponere, ab Isdem in forma Authentica describendam. Quo in Objecto Si cui in aliis quoque omnia, quae puritati Regulae Nostrae adversantur, adhuc uoque adventum meum tollere, et emendare, quantum fieri poterit, Superiorum Localium erit.

V^to. Expresse mandant Statuta citata Visitatori, ut ante Visitationem Proali Conventum designet, qui non sit de Principalioribus Praes, in quo commorari, quoadoque Visitatio absolvatur, debeat. In Cujus Ordinationis complementum honorificam in Scriptis optionem dederam Adm. Rdo P. Proali eligendi Sibi aliquem Conventum; cujus directum Super hoc Responsum non percepi; quia tamen in Suis ad me datis Literis die 4^ta Maji a.c. Scribit Le Désinum pro Majali Cura venturum, id quo Electione Ejusdem Domus interpretando, de expresso consensu et Voluntate Exclmi Dni Praesulis praelaudato A.R.P. Ministro Proali adsigno Eundem Conventum Désiensem uoque futurum Capitulum, ubi ibidem officium Suum, Gradumque retinens, Solo ejus exercitio in Contentiosis minime vero in Pratiosis, Si necessitas Praes, animarumve Salus postulaverit: Interim per Suspensos, quietus, valetudinem Suam curare, Rationesque triennalis officii, et Onerosi Regiminis commode inire, conficereque valeat.

VI^to.

VI.to: Porro convenit me meminisse: R.dos Patres Superiores vero attentos reddere illius etiam Sanctionis, qva in Sæpe memoratis Statutis hoc modo Stringit Visitatorem: Superfluus Sumptus abhorreat, ac in oibus se memorem paupertatis ostendat; Super oia Munuscula exe-
cretur. Ultimum hic Noctrum erit una cum R.do Patre Secretario Commissionis, auxiliante Deo exegvi: R.dos Patres Superiores autem in antecessum libero a cura, et solicitudine lautius aliqvid mei causa procurandi, et parandi cum onere Domûs, aut Benefactorum; Sed qvod Sinceritas cum Parsimonia præbuerit, illud etiam Ego pauper cum pauperibus fratribus gratus accipiam: qvantum ad pothum Apostoli Monitum Timotheo datum de usu Modici vini Sanitatis gratiâ ad Litteram observaturus. Aut occasionio, qva ex una ad aliam Domum tranvehar, præstandæ obligationi Eodem in defectu eqvorum Fratrum absolvere. Negvio, Sed potius peramanter regviro, ut currum, et eqvos, mihi Commodare non intermittant.

VII.mo: Tandem negvio horum ignorantiam obtendens Jussa negligat, has Indictorias, et respective Delegatorias Literas, ut primùm ad aliqvam Domum Religiosam pervenerint, R.dus P. Superior Loci coram Sacra Communitate publicatæ, Protocollo per extensum inseri, et juxta adnotationem a foris, vulgò indorsationem, Medio publici cursorii, vel fidelis Bajuli privati optima sub Custodia, ne pereant, promoveri curabit. Hæc Sunt Fr.es et Fres in Dno, et in S. Francisco mihi Conjunctissimi! qva Missus Sum legvi ad vos, et non imperiosè, sed officiosè Vobis intimare. Hæc Sunt Verba, non Mea, sed Fræsulis Nostri amantissimi degve Nostra Singulorum, Fræqve Nostræ Salute Maximè Solliciti, qvi Exercitio Authoritatis, et Spectatoris, qva in Nos gollet, non Se, sed Deum qværit, Ejusq. Gloriam, Nostram felicitatem, Populi sibi credidi Salutem: Paterno adfectu compatitur infirmitati Nostræ: Lapsos erigere, Nutantes fulcire, Stantes Solidare unicum est Ejus circa Nos et intentum, et Solatium. Audientes igitur Vocem Fræsulis longè Colendissimi, et Superioris Vestri, qvin audientes in Eo Vocem Domini Vos qva ad Pœnitentiam, qva ad altiorem Perfectionem Vocantis, Nolite obdurare corda Vestra, sed dum tempus habetis operemini Bonum ad omnes, Maximè autem ad Domesticos Fidei, Sed Sanctæ Professionis Vestræ, Legve ut grandi, et Multum onerosa pro Vestra, et totius Almæ Fræ salute, Legione dignè Sanctèqve fungi valeam, qvotidianis Vestris precibus, qvibd enixissimè ero, adjuvare memento. Dedi, et Signavi in Instituto Regularium ad S. Joannem Capistranum die 12a Maji Anni Millesimi Octingentesimi Decimi noni. Ct.

Fr. Raphaël Andreoli. Mpa.
Commissarius Visitator.

L. S.

Ad mandatum A. R. P. Commissarii Generalis.
Fr. Narcissus Signas. Mpa.
Secretarius Commissionis.

Fr. Raphael Andrási Ord. min. S. P. N. Franc. Str. Obsv. Prov. Trannicæ a S. Stephano Rege nuncupatæ Alumnus, Religiosi Instituti A. Carolinensis ad Ecl. Joannem Capistranum Superior, nec non prælaudatæ Provæ Commissarius Visitator, et humillis in Domino Servus.

Dilectissimis in Christo Adm. Rdis, Rdis, Mdis, et Vdis, cujuscunque officii, gradûs, et Eminentiæ Patribus, necnon Religiosis Fratribus Ejusdem Ordinis, et Provæ Salutem, et Coelestis Gratiæ Incrementum.

Benedictus Dnus Pater Misericordiarum, et Deus totius Consolationis, qui me consolari dignatus est in eo, quod occasione Visitationis Canonicæ, mihi demandatæ, et jam etiam felicit. terminatæ, eos fere Vos Patres, et Fratres dilectissimi! in tam videre oculis, quàm complecti, et os ad os loqui meruerim. De hujus Visitationis complemento dum officiosam meam ad Exchmam, Illmum, ac Rdissimum Dnum Præsulem Trannicæ longè Colendissimum Relationem, quæ in ductu delegationis mihi facte prima mea obligatio fuit, qui qua par est Subjectione, et reverentia præstitissem, in Relationis mea Sequelam gratiosum Suæ Excellitæ Epscalis decretum colere mihi visum est sequentis tenoris.

Alexander Rudnai de Eadem, et Divéch Ujfalú Dei, et Apostolicæ Sedis Gratiæ Episcopus Trannicæ Sacratissimæ Cæsareo Regiæ, et Apostolicæ Majestatis Status, et Excelsi Regii Gubernii in Magno Principatu Trannicæ Consiliarius Utrobique actualis intimus, Supremus eorum Catholicarum per Trannicam Scholarum Director, Ssæ Theologiæ Doctor.

Dilecto Nobis in Xto Honorabili Raphaeli Andrási Ordinis S. Francisci Strict. Obsv. Provæ S. Stephani Regio Emerito Consultori, Custodi, necnon Religiosi Instituti ad S. Joannem Capistranum Superiori, qua constituto per Nos Commissario Visitatori Salutem in Domino Sempiternam.

E Relatione Tua de peracta eorum totius Provæ S. Stephani Religiosarum Domorum Visitatione certiores reddita, ad convocandum ocyus Capitulum Provæle, illico Studia Nostra contulimus, illudq; Sub Suprema Nostra Immediata, aut Vicarii

Nostri Generalis Inspectione loco maxime opportuno, in Libera nempe, Regiaque Civitate Mediensi, atque in Conventu Franciscano Nostri Ordinis hujus Urbis Die 29ª Mensis, et Anni Labentis, ritu, Instituoque Majorum celebrandum duximus.

Vobis circa tibi Regia non minus, et Ordinaria Nostra prout et delegata Sedis Apostolicæ Authoritate, qua Commissario Nostro Visitatori Præsentium Virtute in Dño præcipimus: ut necessarias indilatè circa Capitulum Provinciale, die, loco quæ præmissis inchoandum, et Vigore Constitutionum peragendum facialis dispoñes. Atque ad illud Ministrum Provinciæ, quatuor Actuales Consultores, Renunciatione P. Chrysologi Szász hactenus Actualis Custodis, ob defectum Visûs legitimè factâ, a Nobis Paternè acceptata, Guardianos item in Provincio Capitulo Provinciali electos, Solitis encicliciis Litteris convocabis, quibus P. Modestum Erõs, et Valentinum Fredves Intermedio tempore Substitutos e rãonibus Nobis Notis, P. item Leonardum Costtainer, si vero admiserint, P. Carolum Portik, aliosque de Provincia benè meritos, quos in Dño [redacted] judicaveris pro Vocalibus Substituendos adnumerari, aggregari volumus, Antonio Orban instituto Provinciæ Secretario munere præsentis impetito alium idoneum in officio Secretarii Provincialis Subrogandi potestate tibi delata.

Cum ad hunc actum Necessariam, opportunamque facultatem tribuerint tibi: Necessarios cum Consultoris Provincialis ante oia Præstitis, Sibique, quibus de Jure, et Consuetudine legali competit, congregatis, ad Electionem Ministri Provincialis, Custodis, [redacted] Consultorum, Guardianorum, aliorumque Provinciæ officialium Servatis [redacted] aliàs de Jure Servandis devenriendi, in oibus electionibus, eaque subsequentibus dispositionibus Salva Nostra, vi exemitti di Nostri Nomine, Vicarii Nostri Officii Suprema Inspectione, et electos Confirmandi Authoritate: Sive Præsidendi, Sive Capitulum ad alterius de Provincia benè Meriti Viri pro Præsidis electionem invitandi: Votum Consultivum, Semul et Electivum, quin etiam in Paritate Vocum, decisivum Tibi planè attribuentes; Una vobiscum sub Auxilio Divinæ indignationis præsidentes: ut indignis Subortatoribus, factionum Capitibus et exclusis Patronis Dissidiorum dumtaxat ad debita officia dicta respective eligi allabore.s: ad Salvandam Portæ nonnullorum conscientiam Confirmandumque futuris Electionibus Vestris robur Legalis firmitatis, de

Ordinaria

Potestatis Nostræ non minus, ac Apostolicæ delegationis plenitudine, tam Te R.aphaelem Andrási, quam per Te Authoritate Nostra, ut præfertur, convocandos, defectibus Juris, si qui se offerrent, de benignitate Matris Ecclesiæ suppletis, ad hunc actum habilitamus, tribuq. vobis Jus electionis tam activum, quam passivum ad effectum celebrandi a Te Capituli duntaxat, in Domino largientes, Paternam Benedictionem peramanter impertimur. Datum in Tasnadino Nostro Filiali Waldensi Die 2da Augusti Anno Domini Millesimo Octingentesimo Decimo Nono Episcopatus Nostri Anno quarto.

Alexander M.p.s

Ad Gratiosum Suæ Eppalis Excellentiæ mandatum Josephus Ghiczi di. M.p.a Secretarius.

En F.F. et F. Dilectissimi! mentionem, et Intimæ Exhibiti Dni Ordinarii, claris Verbis expressam, cui Nosmet Subjicere, conformareque est necesse, Itaque Celebrationem Capituli Provincialis, per Exhibitum Provincialem ad Nen. Conventum Nostrum Mediensem Diemque 29am Augusti, atque adeo Dom. 13am post Pent. defixam hinc officiose denuncio, Simulque pro more Majorum Nostrorum legalibus cito, evoco, et respective invito: Impræmis Adm. R. P. Ministrum Provincialem, et R.dos P. Actuales Consultores ad Cenam Diei 25ae Augusti, Sincera compatiendo charitate Adm. R. P. Custodi Actuali, quod ob defectum visûs comparere negreat; Deinde R.R. PP. Wardianos in proximo Capitulo Provincali canonicé electos in quorumque nunc loco, officiumque Smt: Eos demum, ad quos vocandos adjuncta partim Conventuum canonicé electis Superioribus destitutorum, partim perspecta eorum merita Suam Eppalem Curiam induxerunt, ad Cenam Diei 29ae Augusti. /: Substitutionem Secretarii Provincialis paulisper differendo.:/ Quibus præmissis, Serio in calcem, ut vos, qui vicissim peculiari jure adesse jubent in Virtute Salutaris, Obedientiæ, sub pœna in generalibus Sanctionibus Sambucanis c. 8. § 36. Nro 5to dictata præscripsero, ut ad præsignatum Capituli locum, diemque præsentem comparere haud intermittant. Una tm illud quod declarando, quod si aliqui quacunque de causa emanserint, eo non obstante ad solitas electiones, cæteraque acta Capitularia, dejinde Nostris id non permittentibus ttm; sed mandantibus, ad præcavenda damna, et incommoda processuum one. Reliquis vos Patres, et Fratres accessum ad præfatum Conventum durante Capitulo, nisi quis expressam ad hoc obtinuerit

licentiam in Scriptis, Sub pena Apostasiæ ipso facto incurrenda, ad tenorem Legum Nostrarum Prohibeo.

Porro R.di P.P. Guardiani comparituri secum adferent; alii vō R.di P.P. Superiores Conventuum, et Residentiarum ad præfixum Capituli Reum pro Die 29a Augusti fideliț Submittent Scripturia.

1o: Humilem Suor officior resignaōnem. 2o. Extractum per expta, et erogata, nec non remanentia Eleemosynæ debitè Subscriptum, et Signatum. 3o. Juratam attestaōnem Missarum absolutarum, et absolvendarum. Quoad duo hæc Juncta meminerint R.di Patres Locorum Superiores vaōnem non eè datam per duos annos; unde qvo ampliùs Stringimur professione altissimæ Paupertatis, qvoad perceptiones, et erogaōnes pecuniæ, et Constitūne Innocentii XIi. qvoad Missas; ea Majeri hic accuratione ejus ē: Ordine ejdē ult.ām rō de Eleemosyna pecuniaria, qvam attestaō Missarum pro duob. annis Conficiat: primō quidem ab Intermedia Congregaōne Anni 1817. usq ultimum Julii 1818 in distinctis foliis; qvæ R.di P.P. discreti, in ea qvog Domo, in qva Superior mutatus erit, Subscribant. Sed Sub hac Clausula: Sic reperiri in Protocollo testamur. 2o. A 1o Augusti 1818 usq Conclusionem Raōnis ad imminens Capitulum; qvam distinctionem in Ordine ad Cassæ Statum non Minus, qvam Missarum Necessariam Judico.

4o: Debita Activa, et Passiva. 5o: Proventum Capellaniarum tām in ære, qvām in Nā, qvo etiam ptinet proventus Terræ Fagaraș, et Dominii Devenior pro 1818 respectu illarum Domorum, qvæ inde participant? 6o. Specificaō Victualium. 7o. Fructus Missionum. 8o. Testimonium de peracta recollectione Ochiuana. 9o: Inspector Typographiæ, et Director Cannificinæ raōnes suas. 10o: R.di P.P. Præfecti Instituti A. Carolinensis, expetita ab Adm. R.dis Dnis Professoribus Classificaōni Juventutis Religiosæ, adjectum Suum de profectu ejus in Scientia, et Moribus, callidam conscientiosam. 11o. P.P. Professores pariț conscientiosam de Suis Discipulis informaōnem.

Ne vō recedentibz a Domibus Patribus Familias, ea Moderatoribus destituant, vigore præsentium Patres Vicarios, vbi vbi ii deesent, Patres Dignioros, v Seniores pro dicto tempore Præsidentes denomino: Nisi alicubi privatis Litteris alium præponam: si vero autem

ut Præsidentes sic denominatos oēs, et Singuli de familia, legitimos suos Superiores agnoscant: Ipsi vō ministeriale hoc munus sibi creant: ne quidpiam circa Regulam, vel Sæcularem familiam, aut ædificia immutent; ne Sacram Eleemosynam in se, vel recreationes, commessationes, Sæcularium hospitum accommodationes profundant: ne liberiorem suis e conventu exitum, divagationes, potationesq; indulgeant: Denique ne Disciplinam, Religiosam vel in minimo relaxent; Sed potius Sincera charitate, et domestica pace simulq; observantiæ Studiosissimi sint, acuratam etiam conficientes demonstrationem, tam perceptionum, et erogationum, quam Missarum perceptarum, et absolutarum Superiori redituro, vel accessuro transponendam.

Id quod monitos ēē volo eos, quos interē, pro moderamis Electionum adjunctis: quod legibus Nostris, et Pontificiis Statutis cautum sit, ne qui officiorum ambitu pro se directē, vel indirectē conquirendis Suorum Suffragiis, vel exterorum favoribus, et commendationibus intenti; aut Subornationibus Deo exosis: Fratē maximē Nocivis pro aliis, Coē Fratē Bonum privatum suum, vel eorum commodo postponentes, aut postponere cogitantes compareant, nisi eo ipso velint ultra gravissimas censuras Ecclesiasticas, pœnā quoq; privationis officiorum, quæ obtinent, ex Decreto Clementis 8ti ad calcem Statutorum Nostrorum impresso aggravari; Sed potius Seposito oi livore, aut fervore; Ipse, aut metu privato; oi perversa affectione liberi, quasi modo geniti infantes; concupiscamus, Unicam Dei Filiam: Unicum Almæ Fratē bonum publicum, et emolumentum: unicam salutem uniuscujusque Nostrum propriam, in gravissimo, et periculosissimo Electionum Munere, corde fovendo, et præoculis habendo.

Quia vō Deus est fortitudo Nostra, sine quo nihil potest Mortalis infirmitas, ad exorandum Græ ejusdē auxilium a Die perceptionis harum, in Conventibus post Laudes, et Vesperas: in Residentiis post meditationem Matutinam recitet devotē Hymnus: Veni Creator Spiritus et Solitis cum Versiculis, et Collecta de Spiritu Sancto, de Immaculatē Conceptā B.V.M. deq; S. P. N. Francisco: Religiosi Fratres Laici dicant quotidie hoc fine Pater, Ave, Credo. Ipsa vō Capituli die 2da Augusti Mane hora 8a in oib Conventibus, et Residentiis, si fuerit

Sacerdotum

Copia, pro felici Successu Comitiorum Nostrorum decantetur Missa votiva de Spiritu S. alii SS. in Missis privatis faciant collectam de Spiritu S. Clerici, et Laici quantum fieri pot, praesentes futuri Sub Missa Cantata, jungant votis Sua cum Sacerdotibus, ut vō puriores manus levemus ad Deum, pro hac Die a primis Vesperis Liberam cūm indulgeo Confessionem, apud quemcunque approbatum Fratrē Sacerdotem deponendam. Demum Ordino, ut has meas Inditorias simul et Convocatorias, Statim, ac percepérint Rdi SS. Locorum Superiores, publicatas, atq protocollo illatas promoveant, ut tempestivē ad Notitiam cūm pervenire valeant.

Quibus ita constitutis, Vri SS. et FF. aestimatissimi! Hisce antepositorum Principijs Verbis alloquor: Satagite, ut per opera Vestra Bona vocationem Vestram certiorem, atque firmiorem faciatis: et Vos, qui itineri Vrorum accingetis, et vos, qui Domi remanseritis, Obedientiae Merito pulsi non perdetis mercedem, modo ea, quae muneris Vestri Sunt, fideliter exequamini; Sed et mei Memores esse velitis, ut residuum quoque servitutis mihi demandatae, nec illi benè amore Vestri, et Almae Fratrē hucdum impense carum felicit terminare possim. Dedi, et Signavi Albae Carolinae in Instituto Religiosorum ad S. Joannem Capistranum Die 7a Mensis Augusti Anno Domini Milesimo Octingentesimo Decimo Nono

Fr. Raphael Andrási. Mpp.
Commiss. Visitator.

L. S.

Ad mandatum A. R. F. Commissarii
Fr Narcissus Sipos. Mpp Secretarius
Commissionis.

In Nomine Domini Amen.

Haec est Fabula Vn. Capituli Fratrālis Almae Fratrē Trannicae S. Regis Stephani Ord. Min. S. P. N. Franc. Strict. Obsē sub Praesidio A. R. F. Raphaelis Andrási Commissarii Visitatoris, in Ven. Conventu Mediensi ad B. V. M. Immaculate conceptam Anno 1819. Die 29a Augusti, et Sequentibus rité, et Canonicé celebrati, in qua Canonice electi Sunt.

In Matrem Fratrālem A. R. F. Raphael Andrási.
In Custodem R. P. Georgius Zelenei.
In Consultores R. R. PP. Carolus Fortik, et Bernardus Weingartner.

Familia Vn. Comitis Cibiniensis ad S. P. M. Franc. Stigmatizatum.

in Pr. rité, et can. electus est R. F. Joannes Szebeni. Conc. Conf. Mon. SS. Theol. L. Bibli. Org.

R. F. Leopoldus Zámuló. Conc. Em. Adm. extra Muros. Org.

R. F. Ladislaus Pál. Conc. Plō, Conf. et Vic. Comitis Spir. Org. Dis.

R. F. Xaverius Bodor. Conc. Ord. et Exh. Mōlis Conf. S. Theol. Lector. Org. Hist. Dom. Dis.

M. V. F. Dominicus Palffi. Conf. vitrimalis manet.

M. V. F. Casimirus Peterffi. Conc. Ext. Ord. Conf.

M. V. F. Emericus Zempel. Conc. Conf. Cap. Castrensis Inclyti Regiminis Ja Legionis Valachorum. M. V. F. Raphael Bodor. Conc. Conf. Cap. ad Rubram Turrim. Org.

M. V. F. Ludovicus Bodor. Conc. Conf. Cap. Parochialis Catech. Conf. Monialium.

M. V. F. Leonardus Nagy. Cap. in Porumbách. Conc. Conf. Org.

R. F. Dyonisius Nittern. Sart. Fort. Can. Proc.

R. F. Christophorus Déák. Sutor. Sacr. Fort. Proc.

Determinationes V. Consultorii.

1a. Cum informationis non minus, quam reformationis longior sit via per Verba, brevior per exempla; RR. FF. Locorum Superiores omnes, vel angelicis Zumeris formidandum inhima animi Subjectione, promptitudinem ex Merito Obedientiæ et fám Suis, quám extraneis bono observantiæ Religiosæ exemplo proluceant, præsertim in Vestitu superflua, vana, ttō amplius pretiosa sollicité declinantes. Viri verō mutati sunt excepto R. F. Mikháziensi, et Szárhegyiensi Successorum adventum præsolenti, eisq. coram Discretis omnia, Capitulum vō coram Rō, et Syndico fidelibus transponant, et abq. horum scitu nihil præmia Sēum auferant Sub poena Proprietariorum.

2o. Vestiturę pretium unus quisq. Superiorum exponi per Syndicum curet illud ad manus A. R. F. Procuratoris jam Sper, non Subditorum administraturi. Panni autem pretium ad S. R. Ff. nos spectat, atq. Cadeo competentia unius Religiosi annua fuit ab Hollic. Rhenenses 12.

3o. Casus eis grō ut: Typographicę, — Pannificinæ. — Scholarum etc. qvę hucdum apud privatos relinquebant, transponenti ad Superiorem Localem; confectis duabus clavibus, quarum altera apud Dominum Syndicum: altera apud Inspectorem, Directorem, vel

Professorem concernentem deponatur; nunquam vō absq; presentia Superioris inde aliquid expendat, ducta perceptionum, et Erogationum accurata Skie. Indulget tm, qvin commendati Superioribus ut Negotiaria Patribus Professoribus, habito respectu Morbi, Senectutis, debilitatis ex tali causa Juxta Morem recepitum haud dejicient.

4ᵗᵒ: Publicata est jam p̄ Illustrissimum, et R̄dissimum D. Cathedralis Eccliæ Præpositum, et Dō Capitulum Frālē emissum Frālem Commissarium Eppālem Statuta Nostra Municipalia juxta Augustissimi, ceu Regis Apostolici praximé reformanda; dabimus profecto operam, ut virtute commissi a Vrn. Capitulo Nobis delicti hoc in Objecto ea Projectemus, qvæ Modernis adjunctis tpōrum, rerum, et psonarum maximé accommodata viderimus; interea igitur Regula, Statutisqve Modernis, et determinationibus priorum Annorum conformiter vivere Satagemus, non Servientes oculis, Sed Deo cordium Scrutatori in Spiritu, et Veritate.

5ᵗᵒ: Occasione Mutāndis Capitularis habitus tritos ad locum Noviciatūs, vel viāna loca Mittere, RR. PP. Superiores obligāni ducant.

6ᵗᵒ: In regulari Jejunio a festo OO. SS. usq Nativitatem Dni Sperantes in Dno Nos ad illud tpūs Supervicturos ob defectum Eleemosynæ Pecuniariæ, qvam eo usq multiplicandam absq fundamento Speramus, more Solito dispensamus cum Obligatione Actum Fidei, Spei, et Charitatis; itelm Preces Indulgentiales id est 5 Pater, Ave, Gloria, qvantum commodē fieri poterit coram Venerabili persolvendi.

Fr̄ Raphael Andrasi. Mpp. Ita est F. Petrus Kajtár. Mp. Cons. Act.
Commissarius Visitator et Praeses Capituli in Mi Ita est F. Modestus Erős. Mp. Cons. Act.
Ita est Fr̄ Bernardus Weingärtner. Mp. Nostrum Frālem electus. Cons. Act.
Ita est Fr̄ Carolus Fortin. Mp. Cons. Act.
Ita est F. Georgius Selenei. Mp. Subtos Act.
Ita est Fr̄ Cherubinus Kleeberg. Mp. Ex-Min.

L. S.

De Mandato V. Consultorii Fr̄ Seraphinus Jgyártfi. Mp. Secretarius Provā.

Rdi Patres Locorum Superiores Colendissimi.

Cum inter reliqua Prōe Negotia Publica, Principem locum teneat Provisio Victus, et Vestitus Superiorum, Alumnorumqve Instituti Religiosi Alb. Carolinensis; circa illam qvoqve pro Anno Scholastico 18 19/20 determinandam Ven. Consultorium partes officii exegvi desiderans, post Maturam rerum, circumstantiarumqve discussionem sic concluxit.

Inspectis Rationibus Eleemosynæ Pecuniariæ, tam exiguam in ōibz Domibus Religiosis Remanentiam deprehendimus, ut illas Prestatione Pecuniaria onerare, nullo Modo Possimus, qvin Simul interitūi Periculo exponamus: unde non aliud mire consilium valuimus, qvam ut Rdi PP. Locorum Superiores ingeniatis suis Administratoribus, et Capellanis Nominanter Singulis, et absqve dilatione prescribant officiosam Ven. Consultorii regvisitionem, juxta qvam unusqvisq Eorum parato ære P: Sublevando in hoc Domos Nostras Religiosas P: Instituto Supra Laudato Succurrere pro Ratione facultatis, et Solutionis haud intermittant; qvantum vō qvisq in hoc Puncto coēm Almæ Prōe Necessitatem Sublevare possit, velitq declarationem eorum expetere, et ad Festum S. Michaelis venturum Nimirum Celsissimi Ppis Hungariæ Primatis Nominati, et Exclmi Transilvaniæ Præsulis adhuc fungentis, Alb. Carolinam ad Institutum transmittere velint, qvatenus A.R.G. Mnī Prōalis obtentā Informatione hujusmodi, qvaliter Necessitatibz Domus Educatorie provideri possit, se se dirigere, et coram Excellīa Sua declarare valeat.

Porro ad Sublevandas ulteriores pecuniarias expensas in Rationem Instituti Sancitum est. A. ut Domus Religiosa Fugo pro previse Singula unum Forum, duorum saltem annorum, benesciatum præstent, uti Sunt Ven. Comitatus Hunyadiensis, Claudiopolitanus, Mediensis, et Deesiensis: Item Residentiæ Vásárhellyiensis

et Saxopolitana. b. Domus Siculica conferent elaboratas pro Cothurnis pelles.

Likházienßis. pro planta bovinam Unam; pro Cothurnis Armi-orem Unam, Tela ulnas 40. i.ē quadraginta.

Udvarhellyiensis. pro Cothurnis pelles duas; pro Subductura pelles duas; Tela ulnas centum.

Szárheggiensis. pro Cothurnis pelles duas; pro Subductura duas; Tela ulnas Sexaginta.

Csikszentlyoviensis. pro Plantis pellem bovinam Unam, pro Cothurnis duas, pro Subductura duas; Tela ulnas centum.

Czifelnerienßis. pro Cothurnis pelles duas, pro Subductura Unam, Tela ulnas centum.

Ven. Conventus Coronensis ob distantiam pro adipe Solvet Rf. 30. uti etiam Fagarasiensis. Rfl. 20.

Ven. Conventus Cibiniensis in Natura administrabit cupas adipis 50. Ven. Cenßus Szamos-újvárienßis Si aliud prestare nō potuit, ex Superabundantibus Stipendiis una cum Intentionibus in Instituto absolvendis Serviet.

Residentia Székiensis Fabis, Phaseolis, et Similibus. Demum Residentiæ Thordensis, et Torotzkó Sz. Györgyiensis, dum requisite fuerint pō Superiorem Instituti, prestent vecturas frumenti ex Seren. Residentiis Ō Sabasiensis, et Hátszegiensis Devā. Ex qua obligatione Vectura Devensis, neque Domus Nostræ Vicinæ Hunyad, et Saxopolis penes Subsidium Superius etiam Imposterum eximi possunt in casu Necessitatis Instituti.

Ita ōia Prompta educatiōnem Juventutis Nostræ, sanguam consistentiæ unicum Medium promovendi voluntate, in determinata quantitate, et ea, quam rectum cor, et boni publici Studium dictat qualitate absque ulteriori requisitione præstolanda, unusquisq; Rdorum Patrum Superiorum administrare Strictissimæ Ducat Obligatōni.

Quam determinationem ratione Instituti Alb. Carolinensis Ven. Consultorium cum Rdis Patribus Locorum Superioribus et respective Administratoribus, ac Capellanis Sub Extradata P. Secretarii Præfecturæ officiosē communicandam: Protocollo Domorum immediatē post Punctum Determinatōnum hujus Anni pō extensum inserendam: juxta Inclinationem

Promovendam, et quod Caput rei est, ad amussim executioni mandandam jussit. Acta sunt Haec Medicae in Sessione Consultoriali die 9a Septembris celebrata Anno 1819.

F. Raphael Andrási. m.p.
Praeses Capituli. L. S.

De mandato Ven. Consultorii
F. Seraphinus Györffi.
Secretarius Prae.

Reverendi PP. Locorum Superiores Celeberrimi!

Solitas plenas communio Encyclicas Celsissimi Principis Hungariae Primatis, in quibus Portogatio Regiminis Gubernium ne Ejusdem Legatus Ill. Principatus Strigoniensis omnibus nota redditur in sequentibus, vel non nominatis Novi Praesuli Strigoniensi longe Colendis simi.

Venerabiles Fratres
Filioli in Christo Dilectissimi

Admirabili Dei providentia, et Augusta Regis vere Apostolici Munificentia factum est, ut vix cognito ejus vos Ecclesiae Primatis ad Strigoniensem Hungariae Metropolitanam Ecclesiam, Strigoniensisque Cathedram promoveret, cum dignitate Principis S. Sedis Apostolicae Legati nati, Primatis Regni, Summi et Secretarii, Cancellarii, Comitatus Strigoniensis Supremi, ad perpetuum Comitis P. C. Reg. ac Majestatis actualis intimi Status, et Excelsi Consilii Regii Locumtenentialis Consiliarii, Omnium suorum Ecclesiasticae Praefuit; et ad Excelsam Tabulam Septemviralem Cognatus conjunctam.

Dicere vix queam, quantopere hoc tot tantarum dignitatum dignitatem in eadem humeris conjectarum pondere, Me premente Caelestis Praemiorum amatrix Sponsa mea, enato mihi periculo pericultatis Suae dolore facta mihi ab Augustissimo Principe in Urbe Strigonio remanendi potestate, facile Deum exoravi, ne Successorem in Episcopatu Strigoniensi mox obtentorum, cui non tantum omnia ipse de manu ad manum consignaret, Ad vitam etiam meis tertam vestigiis commonstraret, quae ille tuto prosequatur.

Non vos reliquam Orphanos Filioli dilectissimi, nam quod piissimus et de Salute Vestra obliviosissimus Princeps palliatus est ope mine celerius prostitit, ea ipsa die 20a renatae Ejus, qua Viennae

religionis

Pelegrinus Ignatium d. D. Stephy ante hac annum agricolam virum
Omni exceptionis genere illustrem mihi Decessorem vobis Episcopum de
Malfetæ nominando, quo quidem beneficii nullum adhuc mihi amplius in
lucem Abbatis Framitelli commodum major potest potuit.

Interea dum et ego Pallium Archi-Episcopale, et Successore meo
Roma necessarias Bullas impetremus, pro jure meo per suam Majestatem
Sacratissimam benigne rate habito, omnibus muneris Episcopalis alicujus
cum hoc munere copulatorem, mihi altissimo loco clementer delatorem
partibus hic pro tempore, et ut hactenus, vicaria opera Fratris Stephani
Pignatelli Archiepiscopi admodum in recognitionem egregiorum de
Sancta nuncupatæ Sedis Framitellæ meritor, laudabilemque desertor, titulo Ep
Sacra Regulica Framitellæ meritor, laudabilemque desertor, titulo Ep
copali cum relaxatione tabulæ per suam Majestatem sacratissimam
manu benigne condecorati, intuitu, nec prius e Framitella pedem figat,
quam Successorem meum in propria Ecclesia consecratum nanctus
in Sede mea Episcopali illorum mei desiderium apud vos plene
completurum.

Quo quidem rerum situ facile perspicuo, nulla emergente in
hoc Episcopatu vacantia, in votis vestris ad pastorale, ad debi
torum regendarum munus pertinentibus, vota vobis ad me ut
hactenus, aut pro re nata ad vicarium meum generalem recurrere
non esse.

Accepta non ita multo post, Statuta generalia ad confirma
tionem Ministerii Nostri, primum Triennali Nostra Visitatione
per totum quo late patet Principatum obita, quæ vos docuerunt,
quali in Domo Dei vos versare debeatis. Interea etiam sedulo,
et diligenter custodiatis ea, quæ accepistis, tum per sermonem, tum
per Epistolam Nostram. Gratia Dni Nostri Jesu Christi sit cum
omnibus vobis, quorum pio Suffragio commendati, precamur pro
pertione prosperum Vobis Desiderio die 4ta Octobr 1817 addi
dissimus Princeps Alexander a Rudna

Quas Encyclycas Protocollo Ordinationum Episcopalium pro ea
tenus inserendas, tum juxta Episcopationem, ubi nova promovea
dus Ordinis Sacris jejunis commendata, constanter manet Ha
robinda die 25ta Octobr 1817

Rudna Pallium Vstr

Humillimus Servus
P. Raphael Stanislaus
Mon Ord

Fr Raphael Andrási Ord. Minor S. P. N. Francisci
Strictioris Observ. Prov. Emeric. a S. Rege Stephano
Nuncupatæ Minister Provincialis et Custos in Dno sempr.

Dilectissimis in Christo Fratribus Reverendis
et Vnis Patribus nec non Religiosis Fratribus Salutem
et Paternam Benedictionem

Inscrutabili Dei consilio ad Regimen Prov. Nr. Eccl.
ea electi sumus angelica pietate hanc vestram sollicitudinem
subsequimur. Si enim Superiorum ac etiam tempora gra-
leges in honore sunt, et disciplina Religiosa viget, gra-
be omnes est, quale illud adversis turbulentisq. nodis in
eo tempore esse putandum est. Nos quod pro Salute
Fratrum Dei gloria, edificatione sodali profectu debeamus
videmus; est quo in ratione in tantal Fratrum licentia le-
gum Divinarum contemptu prospicere valeamus, providere
debeamus.

Quo igitur fuerant judicia vestra, refacio, dum
hominem talem elegistis, Illum comprobavit Divina Provi-
dentia, quod Scribi et Apostoli, Infirma mundi Deus
Unde infirmitatem nostram ex alto adjutamen in Spiritu
Sed Vos obsequor divinæ providentiæ non committendo, quam
to infirmiores nos cognoscimus, eo diligentiores esse optet
in privatis, publicisq. Provinciæ bono promovendo,
dum modo Vos Venerabiles Fratres, Custos et Consulto-
res, nobis consilio vestro auctoritateq. observantiæ Zelo
nobis professo sitis. Vos ipsi certo quam malo stent
loco res provinciæ nostræ, quam multis gravibus indi-
geat ad Spiritus Renovationem, conandum sunt.
Virtuti proprietatis coercendum, avaritiæ, etiam et cari-
dinandum ne pernicioso factionis caput, aut - aut, aut
ne Simoniacis donationum officiorum distributionis, sanctorum
favore locum obtineat, ad laborandum - Porro cum nos
nobis

Porro cum nos vobis presentes esse non possemus, singulas dum
delegatas administrare negotiatas, vos superiores locos, in Pastores
Regiminis vocatos velut oculos nostros considerauimus; hortamur
igitur vos quoq; in Domino, ut sedule tam Spiritum, quam
Conservationis vigilitas, neq; Spiritum devotionis sive in vo
bis sive in aliis extinguatis, et Regulari observatia conserva
do, et restituendo intenti, in omnibus vosmet ipsos probatos
exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in
gravitate, verbum habentes in ore sanum, et irreprehensibile, con
fusationem, in opere pium, et nihil habeat malum dicere quis
vestrum de vobis, quem ad modum Apostolus monet nos. ipse
etiam S. Fundator in Regula precipit.

Jam ad vos convertimur Fili. dilectissimi, qui in tali
sino Subjectionis statu constituti, Maximizatis, quod nos vos,
exemplo Jesu Xti Domini nostri, qui Patri obedit factus est
obediens usque ad mortem, mortem autem crucis; Qui et Matri
suae Patri admiranda humilitate profecto subesse voluit juxta
Evangelium, et generosos hoc exemplo vestram nati perfecte obe
dire proposuistis. Vestris libenter Dei amore subjacete Cis, sicut
et obedientiam, qua propter Deum abnegastis propriam volun
tatem, ipsis autem Jesu Xti victimis preferri, testimonio Spiri
tus Sancti.

Dum vero ad omnes vos hac sacra verba exhortatio
nis et salutis damus, una gratiam illam prosequi singularem.
Celsissimi Principis et Principatus adhuc Pyramidi Ordinarij
qua ad pedes demissis precibus nostris facultatem absolvendi
a Cathedra Diocesana benigne concedere dignatus est, non vobis
tantum, sed et Confratribus actualibus, Spiritualibus in tabula
Capitulari die Nominatis, ac Domorum Religiosarum Superio
ribus citra delegationis potestatem tamen. Gratissimo animo
sane circularibus notum Reddimus, omnes hac facultate dona
vos patere ad hortamur, et eadem Gratia magna diligentia
utatur in bonum animarum, quod per vos. pietate, Zelo, et sum
ma cum prudentia promoveri vehementer desideramus.

Ex

Et hoc Sunt Patres et Fratres Dilectissimi quibus in adita Provinciali Officio, ut primum licuit, illud Apostoli monitum eleganduum duximus: Ipsa oportune, importune, argue obsecra in omni patientia et doctrina. Obtestor, ut vos ea, rum memores sibi, qui sanam doctrinam non sustinent, sed a veritate auditum abstentes ad fabulas convertentur, sed potius in Mansuetudine suscipiat insitum verbum, quod potest salvare animas, et qui abnegantes impietatem, et sa culavia desiderio, vivat sobrie, et juste, et pie vivatis in hoc seculo, exspectantes beatam Spem, et adventum Gloriæ Magni Dei, et Salvatoris Domini, Nostri Jesu Xti. Dedi et Signavi Mandatum in Instituto Educandis Juventutis Religiosæ ad Sylvam non Capistranum die 27ma 8bris 1877

D. Raphael Andreoli
Minister Provin

Reverendi Patres Locorum Superiores Colendissimi.
Officiose adiudo Tabellam ab Illustrissimo Dño L.
Barone Ignatio Szepesi Benigne Nominato
Episcopo Tranensi transcriptam, et per
Illustrissimum ac Reverendissimum Dnum Ste=
phanum Sangh Electum Episcopum Dul=
cinensem Præpositum Majorem Insulatum
et Vicarium Generalem, meum eo fine co=
municatam, ut ad junctis Rubricis distin=
cta Informationem a Superioribus Domici=
liorum Regularium deposcam, et que

Matricul

Maturius Suo Illustritati transponam
simulq Andas Patres Vias requiro, et in quan-
tum opus est etiam precipio; ut Informatio-
nem desideratam tam de se, quoad sea priores
et Politiam linguarum, quam de unoquoq In-
dividuo Suae Familiae ingremiato quoad
omnes Rubricas Conscientiosam mihi huc
Claudiopolim ocyssime transmittant, qua-
tenus Eandem Informationem tempestive
expedire valeam. Porro, quemadmodum Publi-
ce, et notorie scandalosis, sigui monitionem
et correctionem v factiose eluderent, v malitiose
contempsissent pravisq Suis adfectibus implicati
scandalose viverent, favere, Notoriamq eorum
Malitiam celare inquam conniventiam exitiosissimo,
Sic moneo in Dño vehementerq Doctor Andas
Patres Vias, ne aut innocentes, et livore, odio,
vindictæ Studio, impositione falsi Crimi-
nis: aut correctos, vereq emendatos recensio-
ne obliteratorum Crimenum, non Sine maxima
honoris famaq læsione Juxe ipso naturæ
prohibita denigrent. Volo autem; ut Circula-
res has, quamprimum perceperint, Protocollo
inferant, hancq Tabulæ adclusa pro Cognos-
cad in futurum conservanda, et absq mora
promoveant, diemq et horam tam perceptionis,
quam promotionis conscientiose adnotando
et Subscribendo..

Denum tantus contigit error, ut Cregeli-
ca mea athuc 24ta Mensis 8bris expedita

Una

Una cum Intimato Celsissimi Principis de sua in Teamia ad primum usq ver mansione, Officiq Episcopatus prorogatione, nondum ad certa Domicilia pervenerint, id quod si ex negligentia contigit alicujus Superioris ea supina, et ex aspe est: Si ex contemptu is formalis et gravissimo peccato obnoxius est. Unde publicatam ibidem Gratiam Celsissimi Primatis, quad humillimas preces meas consultoribus Actualibus, Localibus Superioribus S. Sive Guardiani Sive Praesidentes sint) et Spiritualibus in Tabula Capitulari sic nominatis Facultatem a Reservatis Dioecesanis benigne elargiri dignatus est, iterum publicis scriptis admoneo Superiores Locales, ut Encyclicas illas ubi adhesissent promoveant, ac imposterum omnem in similibus promovendis diligentiam adhibeant, Suppressio enim, vel deperditio hujusmodi objectorum maximum Provinciae adfert detrimentum. Indignus certe est honore Prelaturae, qui dum in Disciplina Religiosa promovenda alios movere obligatur, tanta negligentia, ne forte etiam Malitia, secum retardat, et impedit. Ast spero eos quos vicecia Negligentia arguit charismata meliora amulatures, Seraphicamq omnibus Benedictionem impertiens constanter maneo

Claudiopoli die 22a Februarii 1820.

humillimus in Xto Servus
P. Raphael Andrasi
Mnr Provincialis

Tabella de Singulis Religiosis Ordinis Mm. S. Francisci S. Observantie Prē Tramie S.R. Repl. ordine Alphabetico descriptis.

Ordo Religiosus, Nomen cognomenq; eius originis Atas.	Quando Professionem Religiosam emisit?	Ubi philosophie studuerit et qualem progressum?	Ubi theologie studuerit et qualem progressum	Quo officia gesserit et actu quo munere fungatur.	Estne fūmo debilis valetudinis quo morbo post missum vocatur.	Ad quem scientiam, et quod officium manifestat propensionem quibus ingenij fulget?	Quas preeminentias habet animi dotes, cuius virtutis precipua probitas reminiscitur?	Num pie satis Deo et ecclesie, et lectioni libenter vacet.	Submittne jam expensionem aut precium et qua de causa.	Ad quod virtuum maximam prodit inclinationem.

Fr. N. N. impr. Guardianus et presidens.

Reverendi Patres Locorum Superiores Colendissimi.

Ordinationem Provisionalium Supremi Celsissimi Principis Inclyti Regni Hungariae Primatis, et in Transilvania adhuc jungentis Dioecesani ad Invalescentes in hac Provincia Abusus, renovandum, et in nobis Spiritum Religiosum, ex Regula Nostra et Statutis eaeque piarum alterius Compilatarum et ab Eodem Celsissimo approbatarum Exemplum Autentium communicatum R.R. P.P. Vestris unas officiose Easdem requiro, gratenus Ordinationes has, ut primum perceptas fuerint, Locorum Religiosa Communitate publicentur, protocollo per extensum inserantur, et absq. mora juxta Ordinationem promoveantur: Tam absq. mora omnibus P.P. Capellanis et Administratoribus etiam monisse notificentur, et quoad omnia punctа ab omnibus tam Superioribus quam Subditis obedientiae Nostrae Subjectis prout in iisdem Ordinationibus discrete, ac strictissime praecipiatur in Effectum ac praxim deducantur. Hac occasione

Admonitos volo R.R. P.P. Locorum Superiores ut pretium Victus, quod pro 35. tantum personis administratum fuit est, tam pro se quam pro sibi Subjectis administrare non differant, ut spani conficiendi Quantitas adcommodari possit necessitati Confratrum. Rationem eos qui Institutio Carolinensi aliquid praestandum habent ex Dispositione Capituli illud praestent. Quemadmodum et R.P. Capellani et Administratores, in Subsidium Educationis Clerici

Clerici Nostri Juniores a Reverendissimo etiam Primate probatum, vocatos, quatenus sua sponte succurrant quod jam aliquot laudabili Boni Publici Zelo fecerunt. Profecto unumquodque Membrorum ad totius Conservationem pro suo modulo concurrere obligatur lege Naturae, quis vero est ex forisfabitantibus, qui ad sublevandum hunc famem unum saltem florenum mensuatim conferre non possit, si amore Provinciae ducatur. Si vero qui Centenis provisi sunt si conscientia non tangantur, pudore saltem suffundi deberent dum subsidium illud aut penitus denegant, aut pro florenorum oblatione nobis illudunt. Spero eos ultronee ad Superiora Consilia convolaturos, neq. exspectaturos, ut mandandi coercendique auctoritate uti cogamur, cujus tristes verunt sequelle. Id quod omnibus illis viritim intimandum ordino, sacrisq. precibus omnium commendatus constanter maneo. Claudiopoli die 28a Februarii Anno 1820.

R. R. P. P. Vestrarum

Humillimus ac Ito Servus
P. Raphael Andrásfy
Mnr. Provincialis.

Extractus Repartitionis Subsidii a P. P. Administratoribus et Capellanis in Valuta prestandi ad rationem Cleri Nostri Junioris Ut Carolinensis pro Anno fabulastico 18 12/20.

Nrus		Competentia		Deputata distolata ad ipsam		Restantia.		Deputata restantia.	
		Rfl:	Xr.	Rfl:	Xr.	Rfl:	Xr.	Rfl:	Xr.
	De Conventu Medienſi.								
1.	P. Ignatius Kovats	12.	–						
2.	P. Josephus Mikalyffi	15.	–						
	De Cibinienſi.								
3.	P. Leopoldus Zamuly pro nunc	50.	–						
4.	P. Emerich Hempel pro nunc	20.	–						
5.	P. Raphael Bodor pro nunc	20.	–						
6.	P. Ludovicus Bodor pro nunc	50.	–						
7.	P. Leonardus Nagy	12.	–						
	De Coronenſi.								
8.	P. Moyses Fal qua Catecheta	12.	–	12.	–				
9.	P. Seraphim Madaras	12.	–						
10	P. Paulus Kintse pro nunc	15.	–						
11	P. Carolus Tamasi pro nunc.	15.	–						
12.	P. Gabriel Adelly pro nunc	15.	–						
	De Oltelneckienſi.								
	P. Bonaritta Lukats	15.							
	P. Samuel Sándor pro nunc	15.							
	P. Dionisius Sanda	15.							

Animadverſio. Ad prestandum hoc Subsidium Capellani Domestici adjunctam non habentes Administratorum nec Solutione provisi ad Personam via Charitatis invitandi tur; alii proportionaliter ad provocantes Suos via Justitiæ requirentur

P. Raphael Andrasi
Minister Provincialis

Ordinationes Provisionales.

Jussu Celsissimi Principis Alexandri a Rauna Primatis Regni Hungariæ, Alumnis Provinciæ P.P. Franciscanorum Strictioris Observantiæ Tramite a S.R. Stephano nuncupato ad Observandum proposita Anno Domini 1820.

In homagiale obsequium Benigni Decreti Regii Nobis in Venerabili Capitulo Mediensi die 29ª Augusti Anni proxime lapsi 1819. publicati, cujus tenore statuta Provinciæ Nostræ Religiosæ emendare modificareq altissime jubemur, Emendationis, modificationisq ejusmodi preliminaribus per Commissionem de Gremio Provinciæ ordinatam jam elaboratis, ata Celsissima Principi Primati Regni Hungariæ reverenter subjectis, cum tanti Complementi objecti complementum longius exigat Tempus, mora vexo restituendæ in Provincia Disciplinæ, majus in dies majusq periculum in Provincia dignoscatur, Præscriptus benignissimæ Jussu Principis Primatis Regni Hungariæ in conformitate preliminario operi memorati, Regulam Statutorum Ordinis, et Provinciæ sequentes Ordinationes Provisionales publicis, et ab omnibus Almæ hujus Provinciæ Alumnis,

cujuscunq

cujuscumq Gradus et officii tam in Claustris quam foris habitantibus, Administratoribus q, et Castellanis tam Localibus, quam Castrensibus, ad amussim observandas in Virtute Sancta, et Salutaris obedientiæ præcipio.

§=. De Cultu Divino.

Sed communis omnium Christianorum, ea peculiaris est Religiosorum obligatio, diligendi ardentius, ferventiusq colendi Deum; Cui servire regnare est. Hoc fundamento Superstruxit S. P. N. Franciscus præceptum illud Regulæ Cap. 3º Clerici faciant Divinum officium secundum ordinem S. Romanæ Curiæ. Laici vero dicant Pater noster, ex quo ultroneæ consequuntur sequentia.

§=. Obligatio recitandi quotidie officii Divini, quo per solennem Professionem unicuiq Religioso evadit personalis, et quidem sub gravi peccato. Ut igitur suavem hanc obligationem singuli, etiam foris habitantes, attente devote, et reverenter prosint in Dei monco, hortorq in Domino. Neq tamen hujus præstatio obligationis prima quidem et summe necessaria, sufficit Religioso vitæ, utpote qui in statu sui ad perfectionem tendere in eaq progredi quotidie astringitur, Sed accedere debet pia singulis diebus Meditatio, et quo eam foveat, ac nutrit Lectio Spiritualis ex Stivarino Thoma Kempensi, vel alio pio Libello. Nec non Lectio Doctrinalis ad obtinendam Solidit[illegible]em in Enuntiatione

Verbi

Verbi Divini, et Theologia praesertim Moralis sic enim, et non secus, evademus perfecti in nobis, alijs vero erudiendis apti, si nullum cum Otiselle Diem relinquamus sine Linea, seu Lectione tam Spirituali, quam Doctrinali.

2° Cum in Ecclesia Romana prius ea privato quorumdam Zelo postea S. Damasi Pontificis, et Hadrini Jussu Psalmi Davidici per omnes Ecclesias Diu noctuq ab alternis canerentur, ijsq; nos ea mente Seraphici Fundatoris Nostri non unum tantum, sed et in obligationem venit sub Chori Nomine in omnibus Conventibus Nostrae Ordinis, et Provinciae hujus. Certum equidem est paucioribus nunc esse Religiosos, quam ut Jam alibi Chorus haberi semper, et ubique possit; quia tamen ubi duo vel tres congregati fuerint in Nomine meo Christi, in medio eorum se futurum esse promisit, Hisce ordinis, inviolabiliterq; observandum praecipio ut in Conventibus Chorus minime negligatur, sed duo saltem ubi plures non suppetunt, chorraliter absolvant quotidie Divinum officium, quod alijs quin privatim unusquisq; absolvere obligatur.

3° Litaniae BB. Sanctorum Meditatio Matutina, et punctorum pro ea praelectio consueta, non in Conventibus tantum, sed etiam in Residentijs, praemissa excitatione, datoq; ad Meditationem Campanula Signo inmisse fiant ab omnibus, si agendis decentijs, et publico officio praepeditis unice exceptis; idq; sub poena in Statutis dictata Negligentibus, Subq; gravi Superiorum Localium responsabilitate, qui in his, quemadmodum in omnibus alijs non verbo solum, sed et exemplo prodire obligantur.

Statuta

Salutat enim ſ: ut bene nonnull: Superiorem in Divinis præſertim Segnem et minus exemplarem ac Devotum ab officio removendum Sanctiſſime diſponunt, quod major ſit vis exempli mali quam boni!

IIo. Suffragium pro Defunctis Confratribus ante Menſam præfecto Defunctorum ea Die Confratrum Nomine, Lectio S. Scripturæ ad Menſam a Sacroſancto Concilio Tridentino etiam commendata; Benedictio ad Menſam et Gratiarum actio inter duos quosq: Religioſos alternanda in Domibus Religioſis, Martyrologium ad Coenam v collationem clara perlectio, Recollectio veſpertina, et ſimilia antiqui uſu recepta, quemadmodum etiam Benedictionis petitio, ante et poſt lectionem Spiritualem ac alibi non vane et injuſte a majoribus inſtituta, utpote qua Benedictio Divina, ſeu auxilium ſuper Superiorem etoratur, et Religioſa humilitas, debita Superioribus Reverentia exerceatur, ubiq: continuentur, ſicubi vera neglecta ſuſpendi reſumantur, et priſtino uſui reſtituantur.

II. De Subordinatione Religioſa.

Quemadmodum obedientia Religioſa eſt Baſis et fundamentum ſocialis inter Religioſos vitæ, ſic hujus conſervandæ medium eſt Subordinatio; cum igitur finis abſq: mediis optimis negotiat ad collapſa apud nos Subordinationis reſtitutionem primas convertere curas eſt neceſſe.

Unde

Unde 1m Ordinationes antiquæ in memoriam revocantur, ing Suo rigore declarantur, quarum virtute:

a Nullus Seu Superior Sive Subditus in Negotio v Domus Religiosæ v personali discedat recurrat ad Regium Gubernium, aut Celsissimum Primatem, ac futurum pro tempore Diocesanum, Sed dificultatem subversantem debitis circumstantijs vestitam perscribat Ministro Provinciali, cujus erit dijudicare an postulatum objectum, et qualiter promovendum Sit profecto Sæpe juvenilis impetus v affectus rationis Judicium præveniens facienda effutiendo, omitenda faciendo, dum putat se prudenter agere, imprudentissime se præjudicem agit cum Dispendio Proprii honoris ac Damno Provinciæ.

b Nemo Superiorum bona immobilia Conventus aut Residentiæ alienet, in arendam doret ædificium aliquod v donet, v destruat absq Consensu Superioris Majoris in Scriptis obtenta, mobilia pariter alteri donare, v pro longo usu, et cum destructionis periculo extradare supra activitatem est Superioris localis, si cui Benefactori, v Patrono, currum equos, aut boves commodare necesse sit, id fiat eorum discretio, et notetur sub quibus conditionibus commodatio facta sit. Inprimis ac peculiariter.

c Quantum ad bona mobilia fundamentalis est in Regula Nostra Articulus; Superiores non esse Dominos, Sed dispensatores tantum Bonorum, ac Servos aliorum Fratrum.

In Hy

In obversum hujus agunt Superiores illi, qui realitates Domus sibi credito, v additis sibi confratribus gratis suis justo titulo, v extraneis etiam absq remorsu conscientiæ donant: quid id quod laudabili Deceptorum industria relictum ac pro fundamento consistendi Domus in praedibus, aliisq mobilibus positum est non tantum non conservant, alq augent, sed potius proprio arbitrio vendunt, aut dissipant, ex quo jam aliquot Domos nostras exhaustas in inferiorum vergere experientia docet. Id gravissimos nos abusus tollendos cogimur omnibus omnes ejusmodi largitiones donationesq Superiorum tapare, et illos apud quos similia extant ad restitutionem concernentibus Domibus præstandam obligare, pro futuro autem severissime prohibere, ne ullus Superiorum deinceps ex mobilibus conventus aut Residentiæ quidpiam alienet, seu equum, sive bovem vaccam vitulum aut alia, neq emat aliquid majoris momenti absq consensu Discretorum, et interventu Dñi Syndici apostolici, speramus enim emptionem, aut venditionem ejusmodi plurium suffitio prudentius ruminandam, cumq majori Domus utilitate perficiendam fore, quod si aliquid huic ordinationi contrarium ab aliquo Superiore attentatum fuerit præter privationem officii, illud ipso facto hisce declaretur, nullum et irritum.

2° Quantum ad mutuas Fratrum querelas, aut prolensa a Superioribus gravamina: de Benignissima volumtate,

expressa

expresso Mandato Celsissimi Principis et Primatis publicatur: Primam Instantiam Religiosorum: exceptis iis quo curam Animarum tangunt, esse apud suum Regularem Superiorem Provinciae:

In cujus Sequellam, Subditi memores, quod propter Deum abnegaverint propriam voluntatem, suos locales Superiores, et tam hi, quam illi Superiorem Majorem honore debito proveniant: ab infundatis, imaginariis, tanto amplius ex livore, ac detestanda ambitione ortis querelis, et delationibus desistant. Superiores pariter regant fratres in disciplina et correptione Domini, errantes humiliter et caritative corrigant, nec precipiant eis aliquid quod sit contra Animam suam et Regulam nostram monente eos S. P. N. Francisco Reg. 6

2° Si qui autem inquieti et quo in se pejores, eo amplius Zelum observantiae pretendentes Subditi insurgant adversus Superiorem localem, Superiorbis Majoris erit forti animo, maximaq Discretione agere, et Superiorem quantum intra limites Justitiae fieri poterit, contra effrenatos oppressores tueri, hos compescere, loco movere, ablisq condignis poenis subjicere, primas curas eo convertendo, ne dispensiones hujusmodi ad notitiam Saeculi veniant cum Scandalo — Quod si eo abriperet Subditum aliquem effrenata temeritas, ut intra Religiosos parietes in ordinem redigi non possit tunc integrum erit Superiori Majori eundem via querelae ad Pstm Dnum Dioecesanum nomine nostro deferre coercendum atq pro merito puniendum

Ad temeritatem denig eorum retundendam, qui paterno etiam monitioni sui Superioris Regularis impatienter

impatientes, nec Responso cum dignantur Sedilico
ad altiorem Instantiam confugiere ibig molesti, falsis
atq mendatibus rationibus monitionem eludere, quem
Regularem Suum Superiorem ac Provinciam deligere
se non verentur, ex privata Monitione impre-
dentes admodum caustum publicam efficiendo, ubi non
prudem contigit, Hisce strictissime inhibetur, ne quis
deinceps accepta Paterna Monitione Regularis sui
Superioris ad Dioecesanum Seus Fidei dignissimum
confugere audeat verum humiliter respondeat, Jus-
q exequatur, quod si post humile Responsum ra-
tionabilem sui excusationem Superior Regularis
adhuc eum gravare videretur, tunc primum ad Dioe-
cesanum habeat Suplicem Recursum, in quo tamen
Recursu Superiorem aut Provinciam denigrare ne-
fas esto, neq enim hoc aptum est medium compro-
bandæ innocentiæ, quod qui facere presumserit
rejecto Suo recursu, condignam Penam minime ef-
fugiet, una cum illo, quem non pudenerit in Calum-
niosa ejusmodi Recursu, aut conficiendo aut pro-
movendo, cum indelebili nominis Sui macula, men-
torem, v Patronum agere

III. De externo corporis habitu Vestiumq ratione.

Quandoquidem Religiosi vi Status Sui Mundo mor-
tui, in externo quoq habitu corporis, omnem fugere va-
nitatem obligantur, ing ipsa Regula Cap. 2. Vesti-
mentis vilibus indui Jubentur, ad tollendos in dupli-
ci hoc puncto plurimos notabilesq abusus Seque-
tia Statuuntur.

1o Ut Singuli Provinciæ Alumni, etiam
foris habitantes, cujuscunq Gradus et Officii Religio-
sam Tonsuram observent, barbam primo quoq auriculare
seu genas pilosas collaria vana, albicantes galleros
ac Similia Secularis Spiritus indicia absolute non
gerant. Turpe est certe Religioso vanitatem illa
vulgo Kaeklen

Backen-bart Sectari, quam ipsi Reformati Ministris Ecclesiarum Suarum Synodaliter prohibuerunt hinc de expresa Celsitudinis Sue Voluntate, precipitur omnibus, tam Superioribus, quam Subditis, ut a die publicationis Harum illico barbam Crines q e ejus modi Auriculares radi curent, nec amplius alere promant, aut tale quid in vestitu adhibere, quod aut levitatem sapiat, aut vanitatem.

2° Facta jam provisione de panno in peni ficina nostra Colonensi prodiit ultimo Ulno in 9^us Regio depicto, nemo amplius Pannum ex Formis subtiliorem pretiosioremq; procuret, sed unusq; quisq; Pannum communi Provincie contentus sit prop. sed Uniformitatem Statui nostro valde conformem et a celsitudine Sua tantopere desideratam In habitibus justa amplitudo Caputij magnitudo vestiatur, Sacci vero Laterales grossiusculi veniant non prudenter inducti pertitus tollentur, quem admodum et Subtilis Ordo, in quibus tam crapitiei competens, quam tres nodi competi observabuntur.

3° Vestes interno munditiei per Aptatem, Necessitati per Hymenem Servientes admittuntur, ast Selectum et pretiositatem Materie in vestibus linteis, v galligis, vanitatem in Colurnis: Fibulas in cereis per Regulam prohiberi hic etiam reflectendum observandum est, quam enim immortificati spiritus Argumentum est si Religiosus in nigore Claustrali Mollitiem, in Paupertate Evangelica pretiositatem rerum in Penitentia Statu pitoream quaerat! quam dissone membrum est capiti, Ego S. Francisco mollis et delicatus Franciscanus . . .

Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Haec S. Paulus omnibus Fidelibus communiter,

Vale

Hoc S. Franciscus Suos filios specialiter commendat, modestiam igitur sectari Nos comprimis obligamur, ac omnem Corporis Cultum vestitumq; qualitatem ita moderari, ut in iis non Paraphernorum vanitas, verum Arti et S. Francisci paupertas Religiosa humilitas resplendeat. Quam si quis seu quoad Tonsuram Comæ et barbam, sive quoad alium Corporis habitum, vestes aut sui compositionem ad primam Monitionem publicationem Ordinationis hujus factam non fuerit ac non observaverit, secundo moneatur a Superiore locali; quod si temerarius permanserit, officiose demum per Superiorem Majorem, ut qui conformare Statui Ipso nolueris monitus, conformet correctus. Ne vero omnibus Superiores locales alios generose præcant exemplo, nec enim major est Disciplina Religiosa pestis, quam Superior vanus indisciplinatus, et malus exemplo.

IV. De omnis Proprietatis abdicatione et usu pecuniæ

Sanctus Fundator Seraphici Ordinis altissima paupertate peculiariq; omnis proprietatis abdicatione pro fundamento Sui Ordinis posita cum usum aliarum rerum concesserit fratribus Suis, pecuniæ receptionem nec per se, nec per interpositam ideo propria auctoritate electam personam permisit eisdem, provida autem Summorum Pontificum cura Procuratores, seu Syndici Apostolici sunt constituti, qui pecuniam tractarent et in usum fratrum necessarium converterent, Proinde hic providendo modus, qui inde a primis nascentis Ordinis temporibus, quin et postea ad nostra usq tempora viguit, hodie quoq; vigere poterit, si fratribus sufficienter provisis

Claustra

claustrabiliter vivere liceret, ass quo nunc est et tempo-
rum, et provincie Alumnorum sortis presertim in cura
Animarum regentium sors, Elemosynarum paucitas, ac inde
proueniens difficillima vivendi ratio, primevus ille
circa pecuniam rigor communiter observari negut.
Proinde, adjunctis Provincie nostre ita postulantibus
de benigno consensu Celsissimi Principis, Primatis
Regni Hungarie, modo tamen et provisoris, quoad
videlicet accesserit Sacre Sedis Apostolice consensus
et auctoritas, circa hunc articulum sequentia ordina-
mus.

1° Certum equidem est obligationem Juris Naturæ
Vitam nostram, Statumq conditioni ademptam
conservandi per Regulam minime tolli, neq per
Religiosæ Paupertatis professionem humanæ provi-
sionis vsum tolli contemni, ut sapienter advertit
Nicolaus 5us P.M. in sua Declaratione Regulæ, cuil
qui semmet. Virtute tamen hujus professionis, qua
sponte devovimus Rem Pauperem in Evangelica Pau-
pertate sectari, non tantum omnium abdicavimus
Dominium, sed etiam rerum, quibus vita, Statusq
ratio conservanda est, necessario moderato, et pauper
ac usu, rejectis vanis, superfluis, et pretiosis,
nos fore contentos promptissimos, portamus igitur
in Deo omnes et singulos Almæ hujus provinciæ
Alumnos, ne sinant se abripi modernis Evi
Spiritu, verum generosos Xti, et S. Francisci exem-
plo inflamati, habeant Zelum observantiæ, reno-
vent in Dies Religiosum Deo serviendi Spiritum
peculiariter sibi invigilantes semper, ne dum pre-
lenditur vitæ vestitusq nimis, occupet cor illa
quæ radix omnium malorum est, habendi aviditas
Quantum ad pecuniam

2°

2° Cum unaquaq; Domus Religiosa Syndico Apostolico, et ejusdem Regia Augustissimi Clementia exemptione donato provisa sit, Superioribus Localibus præcipitur serio, ut perceptiones et erogationes majoris momenti per Syndicos præstari exigant: pro minutis vero perceptionibus, quotidianisq; erogationibus, Fratrem aut Professum, aut Tertiarium, aut eorum Novitium substituant, abusus enim est pessimus, quod Superiores Locales neglecto Syndicorum influxu, aut substitutione alterius omnem rem pecuniariam solitractent, qui abusus hisce absolute sublatus et prohibitus, neq; erogationes majorum præsertim positionum, nec conformitate eorum, quæ super dispositione, et venditione disposita sunt, nisi cum interventu Dñi Syndici, aut Substituti et Discretorum, subscriptioneq; eorum deinceps acceptabuntur.

3° Quoniam Sacra Religio Nostra Superiores Locales nunquam respexit, ut ære conductos pro mercede famulantes Provisores, verum ut Patres Domorum Religiosarum, in Conscientiæ puritate, gratis ex amore erga provinciam servientes, atq; adeo fideles dispensatores, Rationem de Eleemosyna pecuniaria stricto dictam, quo documentis munire solet ab eis nunquam exegit, sed conscientiosa demonstratione Summaria Erogationum, et perceptionum a Discretis et Dño Syndico subscripta contenta semper edatis. Hac fiducia nos quoq; ductis Demonstrationis hactenus usitato modum in usum retinuimus, eo tamen addito, ut in demonstratione

Ver-

Venerab. Consultorio annuatim exhibenda, Proventuum, ac expensarum specifica Quantitas sub distinctis positionibus exponatur, quantum ipse hoc anno capitula in ea stipendij? Quantum de solutione Capellanie alicujus? Et sola sit administratura sit, peculiariter pro templo, vel alio titulo Domui Religioso obvenerit; quantum item toto anno pro bubulc, quantum pro vestitura Fratrum: in usum templi, ejusq. necessitates, in Famulitium reparationes &c. expensum sit: tum ea particularibus his sumptis summa totalis Summa perceptionis cum Summa erogationis totali pari ratione deducta conferatur, ac remanentia adnotetur subscribatur et signetur more solito.

Ut vero ratio, seu Demonstratio sic modificata, quo apud nos Extraordinarius Oeconomus Jeminarii dici solet facilior reddatur, superiorius erit omnes Expensas specifice simule Conscientiose Diario inscribere, quas Patres Discreti cum Dno Syndico ultima cujuslibet mensis die revidebunt, cum proventu praecedentis mensis conferent et subscribent, tum proventum hujus mensis erogatione exhibient e capsa, quo titulo obvenerint, quo destinentur ibidem reperientur, Protocolla perceptionum specifice inserent pariterq. subscribent.

4°. Quemadmodum Superiores locales sand sanct etiam administratores, et Capellani, qui de victu sibi providendum habent, omnes suas perceptiones, et erogationes Diario inferendo.

conficiendam singulis annis Rationem ad Normam Numeri Precedenti præscriptam reddere et V. Consultorio, vel ad Mentem Ill. R. P. Ministri Provincialis pro tempore existentis, una cum mediis pro Habitibus mittere obligabuntur, de remanentia, si quam habuerint, tanquam non propria Superiorum Dispositionem humiliter præstolaturi, quoad vel pro ulteriori usu Eisdem relinquatur, præsertim Casu quo in Stationem, permanserint, vel quo deponant ordinetur. Attvero

5to P. Capellanio, et Administratoribus Victu a Principalibus suis, vel aliunde provisis, non amplius licebit eadipisere Solutionem pro Servitio suo pendi Solitam seu in Aere, sive in Natura, sed id fiat per Superiores concernentes, vel eorum Deputatos per Quictantias Eorumdem proprias. Porro Superiores locales ex percepta, et per Supernioram Dnum Syndicum Casso Domus Religiosi tollata ejusmodi pecunia imprimis seponi curabunt pretium medii habitus, pro P. Capellano vel Administratore; Ministro Provinciali administrandum deinde dabunt eidem Patri, quantum in Dno judicaverint, pro eorumq, et aliis minutis necessitatibus Ejus Protocollo utcumq, postitionem inferendo, et reliquam Summam una cum Naturalibus, si quæ acepta sunt in usum Domus convertendo. Sed hoc illarum tantum Capellaniarum habent locum, in quibus Annua pro Servitio Capellani præstatio penes victum excedit 100. Aspvo, in aliis vero Capellaniis, in quibus

in quibus penes victum Solutio annua in Rmis 100.
v̊ his aquidantibus Naturalibus defixa est, ultra hanc So-
lutionem annuam Conventibus v̊ Residentijs, quibus Ca-
pellani ingremiati sunt, plene prestandam, Hi pre-
tio medij habitus in Rmis R. limitato annuatim
albis vestibus, interulis Stroppijs, Coturnijs a Tibulat.
Dominijs Principalibus suis providendi erunt im-
posterum, dignum enim est, ut et capellani ab iis
quibus Servium, vestiantur, et provincia ex illo-
rum Servitijs, quos educavit certum ad sui con-
servationem accipiat emolumentum, Quam ordi-
nationem Superiores Locales non tantum Ca-
pellanijs et Administratoribus hujusmodi,
Sed etiam Tibi Dnis Principalibus p̊ eorum
prefectis pro futura Cynosura notam reddere
pari intermittant. Old hoc.

6ª Proprietarii inter Religiosos, qui
scilicet posthabita fide Deo in Professione Pau-
pertatis data, actus proprietatis edere pre-
sumunt, ipso facto in Excomunicationis sententiam
incidere per Statuta disponuntur, quo severissime
prohibetur omnibus et singulis Paupertatem
professis.

a Occulta pecunia procuratio, conserva-
tio aut depositio clam Superiore, etiam apud
Syndicum. b Erogatio pecunia ad libitum et
consumtio ad superflua. c Capitata Lupus
in pecunia, quo nihil periculosius Religioso, d
Coercitio in capitale, et Elocatio &c. Peculiariter
autem gravis edita constitutio Clementis 8ª P.M.

De

De largitione Munerum Regularibus inter-
dicta: hujusq Declaratio facta per Urbanum 8um
ad Calcem Statutorum Nostrorum Municipalium
videnda, quorum virtute nefas est tam Supe-
rioribus, quam Subditis quidquam donare, seu
ea redditibus Donorum, ac Bonis in commu-
nem Fratrum usum adquisitis, sive forsan pri-
vatim, et nominatim cuilibet Religioso a suis Su-
perioribus, v Benefactoribus aut cognatis, Elemo-
synæ, aut propria illius persona intuitu, seu
quoquo modo per inductionem, aut servitium in ca-
pod Animarum, per quemlibet Religiosum ad qui-
vantur, præterquam levioria esculenta, ac po-
culenta, seu ad Devotionem, v Religionem pertinentia munuscula, illa etiam communi Fratrum tantummodo, nunquam vero particulari Suo Nomine. Licet quidem Prohibitio Generalis si ad ipsos externos, tantum magis ad Domesticos seu Confratres extenditur, ita quidem, ut inter ipsos quoq Religiosos quorumq largitio aut Dandio Munerum s. / nisi rerum minimarum: / seu Ministro Provinciali; sive Superiori locali, v particulari Religioso cuicumq, sicut etiam Munerum sic oblatorum receptio per quemcumq: sit penitus inter dicta.

Unde Superiores quoq et Administratores, quibus utpote de victu et vestitu Suo Suorumq Solicitis circa usum pecuniæ aliquem voluerint necessitas indulget, arctantur illicita parsimonia limites in conscientia, ita, ut in rationem Domus, v sui necessaria facere expensas valeant, quoad

Quoad illud vero, quod ex eorum frugali parsimonia, & prudenti oeconomia, aut Statui Religioso digna industria superfuerint, nullam habeant, quasi Domini liberam dispositionem ea donandi &c., sed in his pariter a nutu Superiorum dependeant.

Hag. Superiorij Majoris discretioni relinquitur Suis concedere subditij, quod pietas erga parentes postulat, ut qui Religiosi foris habitantes Parentes vere pauperes & decrepitos, et sustentandæ vitæ rationem sibi parare impotentes habuerint, eosdem singulariter ex eo, quod ipsi per frugalitatem aquirerunt, et industriam, juvent, atq. foveant. Eorum industriam ad alienjus optimo Dei germani & proxime conjuncti Adolescentij educationem extendi posse existimo de expresso Superiorum indultu, Extra hos casus vero parsimonia aut industriæ fructus Patrum Capellanorum et Administratorum remanentes, tum in alios usus, tum autem in libros necessarios optime convertentur cum Superiorum indultu, in Breviaria præsertim, et Concionatores selectos quorum sicut et aliarum rerum sibi necessarium usum habere permittuntur, absq. omni tamen jure Libros ejusmodi, et quaevis res usui suo concessas & ad quas sibi dominij, alienandi, vendendi quovis titulo alienandi, imo cum strictissima obligatione in casum mutationis Suæ, de Statione exterua, omnes quarum usum habuit, foris habitantibus necessaria præstandi: utensilia domus, equos, curruum &c. transponendi Superioribus: prout supra 48. 4. de pecu-

pecuniæ dispositum est; ex quibus deinde necessaria Superiori suppeditio retinequatur, ne qui aliquo dispommuntur, Stationem suam ut pessime practicari non prudem coepit vocem sed prox- fud inveniant. Quod dispositio in Regula Finem- ta illi soli gravis videri potest, qui immemor professionis suæ vivit, per quam unusquisq. Reli- giosus, sicut omni proprietati, sic omni juri aliquid alienandi, vel sibi quidpiam sine consensu Superiorum retinendi solemniter renunciavit.

Ex quo Principio illud quoq. conse- quitur: Religiosos qui Capitalia habere contra fidem Deo datam, et coram Superioribus occul- tare præsumunt, nomine solum esse Reli- giosos, re ipsa proprietarios infelices ipso facto excommunicatos; hinc præsentium vigore in virtute salutaris obedientiæ, et quidem sub gravissimo conscientiæ reatu præcipi- mus illis omnibus, qui certo noverunt aliquem Summ confratrem pecuniam vel apud se, vel a- pud alium quemcunq., per modum depositi vel pro interusurio, aut quomodocunq. Serva- re, ut post harum Publicationem illico Cur- dem Superiori majori deferre teneantur per quod proximo non nocebunt, sed potius animarum ejus ab interitu vindicabunt. Illis vero qui Capitalia ejusmodi vel Depositum si- qui in quomodocunq. parva quantitate, aut Domi suæ, aut apud alium conservent, vel elocata ha- bent, duplicata severitate mandamus, ut ea

Sine

Sine mora Superiori majori pariter confessione, et adequate manifestent, Quod paterna de Super Dispositionem humiliter expectent, ac fideliter exequantur. Norint profecto tales, quamdiu hoc expressum gravissimum Mandatum neglexerint se in statu peccati mortalis permanere cum excommunicatione, nec absolvi sacramentaliter, velut certo indispositos, posse, nec aliud huic malo Superesse remedium, quam ut vincula prave diuturnitatis dissolvant, ac vili hoc impedimento soluti, per veram penitentiam, ulteriorisq; vitæ seriam emendationem, animis a spe cundia alienationem thesaurizent sibi thesaurum non deficiendem in Coelis.

V. De Religiosa Clausura.

Non sine fundamento Clausura Religiosa a Summis Pontificibus sub gravissima pœna fuit introducta, est enim illa custos innocentiæ Religiosorum, vindex honoris. Unde

1° Clausuræ claustralis antiqui limites adamussim porro quoq; conservandi sunt. Quanquam vero horti legumininum, gramina cultura ob defectum fratrum Laicorum muliebres requirant manus, extra Clausuram positi communiter intelligantur, si minimum non cadant intra usu receptos Clausuræ limites; Pramidum tamen locum specialiter Religiosorum distractioni destinatum intra Clausuræ limites haberi, indeq; mulieres semper, et absolute excludi volumus.

2°

et corrigendum, sua cura, ac vigilantia concreditos,
tum exemplo sibi bonis Pastoris, tum vero ex prescripto
S. Regulæ nostræ. Est vicissim communiter quoq;
exceptor sensus est, subditos pariter obligari ad de-
nudeiandum visitatori, sicq; necessaria, et opportuna
judicabunt, pro gloria Dei, bono communi, emendatio,
ne fratrum, ac sacra Religionis incrementum: et
non quidem sub culpa gravi proportionaliter ad peri-
culum damni spiritualis, Religionis aut fratrum, ex de-
fectu delationis oriendum, cum lege divina, et na-
turali qualibet pars communitatis teneatur concur-
rere ad totius communitatis malum avertendum, et
promovendum bonum.

Unde manifestat defectus confratris, visitori, offi-
cium Religiosi Prelatis esse dignoscitur, siquidem
ex ejus emendatione bonum totius communitatis
resultat promovetq; & promovet; sicut è contra mali-
tiosa crudelitas est ob damnum publicum avertendum
eos celare, & pernicioso silentio tegere, qui contra
Regulam, & statuta Ordinis prævaricantes, sua-
degenere conversatione, quam vitæ, tum sanctis bonum
odorem & Religionis splendorem commaculant, et in fumum
abire faciunt. Hinc optime ad rem Origenes S. Luce
et ista benitas inquit: Ista misericordia unius pec-
care, & omnes in periculum adducere, pollutis enim ex
uno peccatore populus, sicut ex una ove morbida uni-
versus grex inficitur: et unius pestis laborans totam
communitatem, sicut una ovis scabiosa totum gregem
inficit, recte igitur citatus Origenes affert Strabum vi-
tam fratris & prelato celare, non esse actum pietatis
& pietatis, sed crudelitatis, et injustitiæ.

Praesentium Promde intimationis Circulationem omnibus et singulis huius Provae Patribus, & Fratribus noxa futurae visitatorem Canonicam Legaliter annuncio, obtestando, et serio adhortando, ut ea singula, quae ad Dei gloriam animarum salutem, Ordinis honorem ac Provae commune bonum quoquo modo conferre possunt, defectus item non dum correctos, aut saltem non emendatos sincere, ac conscientiose sepositio omni livore, ac passione juxta Legem Evangelicam emitti faciant cum ordine ad correctionem paternam, vt si fuerit opus, etiam ad severiorem animadversionem ritendendam. Caeterum RR. PP. Locor superiores sue noverint esse obligationis, imo: has intimatorias mox ut receptas fuerint in publica communitate curare perlegi, ac notata die subscripta per fidelem baculum de Loco ad Locum juxta indorsationem ad eas facta promovere. 2do Praesentium publicatione peracta, quivis superiorum Locorum suos subditos domi contineant, nec ad loca notabiliter remota expediant, aut quoquomodo expedire faciant, quatenus quilibet sua necessitate personaliter expone re, & declarare valeat. Unde praevie adhone ant suos Capellanos, ut etiam ipsi omnino si non in sue Conventu, aut Residentia, saltem in Vicinori loco nostro Religioso se se personaliter sistant pro visitatione Canonica, ima hos pro alias praesentes esse debere vario de causis perspasum habeo. Tertio idem PP. Superiores Loci aut quos interest respective diligenter exhibebunt libros rationum, Intrada, et exitus Eleemosynae stemmaria pro revisione, ac subscriptione. Item inventaria Sacristiae, Bibliothecae, ac aliorum supellectilium domesticarum, nec non Protocolla Localia, aliaque omnia, quae juxta consuetudinem Provae Visitatoribus exhiberi solent.

Estote ergo paratis, ut in die visitationis pro Vigiles invenamini, ac ad ritterim pensate & bene perpendite aureum eloquium Celeberrimi Asceta Thoma Kempensis: Quam jucundum, Deo, Chorum, et dulce est videre fervidos, & devotos Fratres bene morigeratos, & disciplinatos! & quam triste est, & grave, videre inordinate ambulantes, quibus ea, ad quae vocati sunt non exercent! Quam noxium est negligere vocationis suae propositum, & ad non conveniens finem declinare! Interea valete & Deum time ergo te, Judicaq; Benedictione fraternitatis Apostolicae.

1772. 15. Martij. Ex. Fr. Augustinus Reptarius
Min. Provin.

Fr. Augustinus Raphain Cadinis chirōi S. P. N. Francisci Strict: Obser: Almæ Prōæ Transylvanie Apostolici S. Regis Stephani Radicator, Smæ Theolog: Lector Generalis, ac chrī Prālis, et Servus

Dilectis in Christo Dōm Rdis, Rdis, Rdis, Vndis Patribus, ac Religiosis Fratribus salutem, et Benedictionem Seraphicam.

Postquam prodigiis coruscans Hebræorum ille Legifer, et Prophetа Moyses in monte Sinai salutaria accepisset monita electo Dei populo cōmunicanda descendit ad eos attestante Scriptura Exodi 19 et convocatis Majoribus natu exposuit omnes sermones quos mandaverat Dominus. Illiq; unanimi consensu exclamantes dixerunt; cunctaque locutus est Dominus faciemus; unde ōi Sanctificatione Digni effecti sunt.

Patres et Fratres mei Desideratissimi non quidem venio cum Moyse de monte Horeb sed speciali auxilio Dei fultus, ac adjutus jam jam superatis Saxosis montibus Dacicis, ac viarum spermolestarum asperitatibus, visitationi canonicæ coronidem imposituros venio non vacuus, sed munitus jussu et facultate Reverendissimi Patris chiristi Generalis Superioris nostri collendissimi, ut videlicet: quod eorum mihi superest: convocem Majores natu Almæ hujus Prōæ ad celebrandam primam intermediam congregationem, exponamq; sermones, ac jussa ejusdem; qua alia non sunt, quam ut ea, quæ nobis Lege Seraphica sancita sunt, exactius observare recordaremur, ad ea tendamus, et intendamus, qua ad promovendam Majorem Dei Gloriam, Prōæ Decorem, Sæculi ædificationem, et Singularem fratrum Salutem magis conducere in Domino judicaverimus.

Quam proinde Tenore præsentium Legaliter indico, indictamq; omnibus et singulis Patribus et Fratribus hujus Prōæ volo esse intimatam, pro cujus canonica celebratione determino Venerabilem conventum Chirkaziensem ad S. Regem Stephanum, diem vero proxime affuturi Mensis Junij 14ta ad eamq; rite celebrandam præmissis humaniter invito Rdm Q. P. Jucundianum Ambrus Prōæ Si emeritum, Rdm autem P. P. Sustodem, ac Q. P. P. P. Definitores actuales, uti et Q. P. Secretarium Prōæ legaliter cito, ac convoco in præfato Conventu Die 10ma Mensis Junij ad eanam comparituros; Reliqui autem præter hos toto tempore celebrandæ congregationis dictum conventum accedendi sub pœna Apostasiæ noverint sibi esse interdictum; nisi quid per me expressa facultate fuerit munitus, aut specialiter citatus.

Meminerint autem Rdi P. P. Quardiani, ac Præsidentes prævie ad locum congregationis submittere sequentia 1mo Resignationem suorum officiorum 2do Extractum Intrada, et Exitus, ac remanentiæ pecuniæ eleemosinariæ a Syndico respective, et duobus discretis subscriptum, ac sigillo loci munitum. 3tio Attestationem juratam chirsarum absolutarum ab omnibus Sacerdotibus sua Familia subscriptam, sigillogq; roboratam: Numerum item absolvendarum, et hoc in forma jam olim data. 4to fructus chirsionum a proximo capitulo comportatos. 5to Specificationes debitorum Activorum et Passivorum. 6to Victualium. 7mo Proventu ex Capellaniis Aulicis 8vo attestatum de persoluta Recollectione octiduana Qno An, et quid in Sartis, tectis a Capitulo renovatum, vel etiam de novo ædificatum, aut extructum sit, et hoc firmatum subscriptione duorum Discretorum. 10mo P. P. L. L. Calculos suorum Discipulorum; Linguæ Germanicæ instructores profectæ Studentium in Germanismo, Patres denique Professores tam calculum quam numerum suorum Scholasticorum, Postremo Accessos Magistri Fratrū Lajcorum Conscientiosum Attestatum, an, et qualiter præfati Accessum frequentaverint.

Porro ut Spiritus Sancti Gratia actiones nostras aspirando prevenire et adjuvando prosequi dignetur, presentibus ordino, ut a die promulgationis harum convocatorium in Conventibus post Laudes et Vesperas in Residentiis am post solitas orationes mentales Hymnus Veni Creator Spiritus cum confectis Versiculis et collecta devote persolvant. Ipsa Die Congregationis in omnibus Conventibus ac Residentiis ubi fieri poterit mane hora 6ta una chissa de Spiritu Sancto solemniter decantetur, sub qua Fratres omnes premissa Sacramentali confessione quam hac vice indulgeo liberam devote insimul communicent, Patres denique singuli in suis chissis faciant Collectam de Spiritu Sancto. Tandem Superiorum Localium Obligationis erit, has promulgare suis communitatibus, et Subscripta abrop mora de loco in Locum fideli occasione promovere.

Valete in Domino R:R: et Fratres in charitate & Conjuncti, et pro mea imbecillitate Deum jugiter exorate. Dat. in Residentia nostra Segesvariensi Die 17ma Maji 1772

Idem qui Supra
Fr: Augustinus Kaphain
Minist: Provinc: mp.

Fr: Augustinus Kaphain Ord. Min.
S. P. N. Francisci Strict. Obsæ Predicator,
SS. Theologiæ Lector Generalis, Almæ Proviæ
S. L. Stephani Reformat. Minister Provialis,
et humilis in Domino Servus.

Dilectissimis in Christo Adm. Rdis, Rdis, cNVdis, Vdis Patribus, et Religiosis Fratribus Salutem, et seraphicam Benedictionem.

Perspecta, satisqs jam comperta, ac idcirco dignissimis Laudum Encomiis merito ab omnibus celebranda Rdissimi in Xto Patris Paschalis a Varesio, totius Ord. S. P. N. Francisci Strict. Obsæ Reformatorum ministri Generalis solicitudo, qua cujusque Personæ Religiosæ sibi subjectæ progressui in via perfectionis Religiosæ cumulatissime providere desiderat, ut expresenter transmissis ad me literis luculenter, clareque nostris etiam Proviæ Alumnis ostenditur; dum non sine eximio Cordis, ac animi jubilo Decretum nu, pertime a Rmo Dno Papa nostro Clemente 14to. feliciter Ecclesiam Gubernante, ferventi quidem pietate accenso emanato de ten. Servo Dei Fratre Carolo a Tolia Ord. min. Strict. Obsæ Reformat. sub Typo, suis inclusum literis communicare intermisit. Qui quidem V. Servus Dei ut Decretum Verbi Domini de verbo ad verbum inferius subjectum innuit, habita prius certitudine, evidentiaqs de expeditis ab eodem in gradu heroico Virtutum Christianarum actibus, quam primum in Beatorum, ac subinde etiam in Album Sanctorum inscribendus erit. Nihil igitur aliud modo superesset, ut illud expectato contingat, nisi examen, et Decretum miraculorum, quæ ipse patrasset quod utrumque et propinum, et faustum bene sperare jubent præcitatæ literæ. Subnectitur copia igitur Decreti volente ita etiam Rdissimo Patre ministro Generali; non alium tamen ob finem,

quam ad recreandos quorumq; Religiosorum animos, provocandosque tum ad æmulationem pii, et Ven. Confratris nostri, tum ad preces fundendas quod Deum, ut dignetur hoc Sanctum, et gloriosum opus ab ipso inceptum citoam, plere, atque perficere; excitandis præsertim Benefactorum nostrorum Cordibus, ut necessariis copiosis Eleemosinis ad Beatificationis Solemnia viam sternere velint. Quæ dum publice perlegenda præsentibus cupio.

Copiam Decreti subjungo, ut sequitur.

Decretum

Romana, seu Setina Beatificationis, et Canonizationis Ven. Servi Dei Caroli à Setia Laici Professi Ordinis Minorum Observantium Reformatorum Sti Francisci. Super dubio.

An constet de virtutibus Theologicis Fide, Spe, et Charitate erga Deum, et Proximum, et de Cardinalibus Prudentia, Justitia, Fortitudine, ac temperantia, earumq; adnexis in gradu heroico, in casu et.

Egregios illos, ac Illustres Viros, qui mundi illecebris Christiana virtute muniti despectis, conculcatisque carnem suam cum vitiis, et concupiscentiis continenter crucifixere, usq; dum consumato cursu pervenirent ad palmam, immortalibus celebrandos Laudibus Divina ipsa Veritas commonet. Horum inter Ven. Dei Servus Carolus à Setia Laicus Professus Familiæ Strictioris Observantiæ S. Francisci merito recensendus, cujus eximiam Sanctitatem, etiam dum viveret, admirati non tantum Contubernales, et Cives sui, verum etiam Principes hujus Almæ Urbis Viri, atq; ipse æternæ memoriæ Pontifex Clemens Papa XIIIus. dignum habuere, cui Supremi in Ecclesia Dei honores decerni aliquando possent. Quamobrem legitimis institutis absolutisq; inquisitionum Tabulis primum die 5ta Maji 1789 ad Servi Dei virtutes Sanctuarij Lance perpendendas in Aedibus, et mem. Annibalis Card. Albani Causæ Relatoris Congregatio antepræparatoria fuit habita: postmodum die 22da Martij 1793 rem strenue agente Rmo Laurentio Card. Ganganelli qui tunc fuerat in Ponentem subrogatus, nunc autem Clementis Papæ XIVti nomine Suo Christianæ Reipublicæ bonæ, Petri Cathedram tenet, Congregatio præparatoria fuit coacta: die tandem 2da Junij 1772 in Generalibus Comitiis coram eodem Sanctissimo Domino nostro à Rmo Card. Corsini loco Rmi Cardinalis Catini ab Urbe absentis proposito Dubio: An constet de virtutibus Theologicis Fide, Spe, et Charitate erga Deum, et proximum, et de Cardinalibus prudentia, Justitia, Fortitudine, ac temperantia, earumq; adnexis in gradu heroico per Dei Famulum exercitis: etsi Consultorum omnium, et Emorum Cardinalium una, atq; eadem vox fuerit de eisdem virtutibus protous constare affirmantium, tamen Sanctitas sua, auditis eunctorum suffragijs, suum in re tanti momenti proferre Judicium distulit, piis interim suis, aliorumq; precibus à Deo Optimo Maximo uberius lumen expostulans. Hac vero ipsa die recurrente Dominica prima post Pentecosten, qua in confessione Veræ Fidei Mysterium Almæ Trinitatis adoramus, Sacro Religiosissime peracto, accitis ad se Emis Cardinalibus Andrea Corsini, et Mario Marefusco Sac. Rituum Congregationi Præfecto, nec non P. P. Dominico de Rò Sacro Fidei Promotore, meq; infrascripto Secretario statuit, decrevitq;: Constare de Ven. Servi Dei Caroli à Setia virtutibus Theologicis ac Cardinalibus, earumq; adnexis in gradu heroico.

Quod Decretum publici juris fieri, et in acta Sac. Rituum Congregationis referri mandavit.

Hac Die 14ta Junij 1772.

Loco ✠ Sigilli

M. Card. Marefuscus Præfectus.

M. Gallo Sac. Rit. Congregs Secretarc.

Ex Typographia Reverendæ Cameræ Apostolicæ 1772.

Alterum non sine animi dolore conqueri cogor contra quorundam Conventuum, ac Residentiarum Locales Superiores, qui tot monitiones tum P. Diffinitorij, tum vero post proximam inter, mediam congregationem, particularium mearum Literarum, vilipendendo ad loca jam determinata trita vestimenta trans, mittere negligunt, ex temeritate, incuriave, aut aliunde proveniat? cum determinate non valeam; ideo modo iterum districte precipio sub gravi animadversione, quatenus omnia omnino trita vesti, menta transmittantur sine mora. Et quidem ex Dées, Lamosujvár, Lécz, Claudiopoli, Thorotzko, Thorda, Vásárhely, Mikhasam. Ex Hunyád, Hatszég, Barczváros, Sabasio, Cibinio, Fogaras, Kőhálom, Corona, Esztelnecznum. Gemedia, Gyergyo, Csik, Segesvár, Carolina Udvarhelyjnum.

Item etiam admonendos volo omnes Patres examini secundum Statuta nostra municipalia subjectos, quatenus sese diligenter præparent ad subeundum proxime peragendum examen.

Item una simul intimatur etiam Visita Paterna, ad quam licet non citentur, interim tamen præsentare se precipue ii, qui aliquid habent, facilius enim in præsentia verbotenus negotia componi possunt, quam multis Scriptitationibus.

Signatum Dées 7ma Augusti 1772.

Fr. Augustinus Raphain
Provincialis mpp

Fr. Augustinus Raphain Ordinis Minor. S.P.N. Francisci Strict. Observ. Prædicator Actu Theologiæ Lector Gralis Provinciæ Sanctæ S. Regis Stephani Minister Provincialis & humilis in Dño Servus.

Dilectissimis in Xto Patribus, Fratribus, Diffinitoribus, Patribus, et Religiosis Fratribus Salutem, et Supernorum Bonorum affluentiam.

Superiùs clementer favent[ibus] etiam hâc vice licet varias inter viâ subita, dines gratiori ex parte totam peragere Provinciam, et qua Paterna visitatione quales collegeram fructus, talibus hisce in Venerum novi anni insertio, et gliden prot dolor!

1mo Ubi ab extraneis informor etiam hodie non desunt aliqui tam abjecti conscientiæ, qui contra capitale præceptum Regulæ post toties fulminatas pœnas denarios recipere, aut contractare non verentur, alii in cubiculis deponi faciunt, alii nullius Gradûs adminiculo, digitis, calamo, pluresve instrumento curioso volvunt et numerant, alii quod pejus est, eadem vinctæ mendicant, &c. Quæ si ita facta fuisse, vel in posterum practicari mihi esto innotuerit, strictissime mandato: quod ipsum denarium ignitum dorso ejusmodi prævaricatoris apponi curabo, ut vix in signum vilipen,

vicinis saltē Regulē de nanis, aī pecūnias singulariter prohibentis, obq̄
scandalosam & heriallem, fenā ēka raūberem indelebilem.

Eod Non absimili cordis moerore deplorandum, quod in vanis locis contra pre-
ceptum Regulē, infirmorum cura tam lenuiter, tamq̄ languidē pertrac-
tum a stipendiariis non administrando iisdem necessaria, tum ab aliis in
postando remedia, aī ea nec Deus, nec Regula, nec statuta nos ad id strictis-
sime obligarent. Videat quivis quaeso! nonne hoc est palmaris injuria,
quā frigida, insipida, debilibus stomachis dura et nociva obtruduntur
cibaria aī polagra? qua certa tempus prandii vel cenē infirmus?
velut columba solitaria in foraminibus petre? gemebundus gulat.
non videns quemquam, qui vel ignem submovēt, vel potum aliaq̄
necessaria subministret. Hi profecto in nouij mento habent se-
subsidiarios poenas statutarias, sed nec coram Deo erunt immunes, eadem
quippe mensurā qua nos mensi fuerimus remetietur nobis.

Dtib Reperi etiam in quibusdam locis, quod plane stupendum, venenatas
vipeas vel in apertis: rabidorum animalium angulatores, quibus pecu-
lare divina, naturali aī etiam expressa in lege Hoc sacrē Regulē nostre
ad fovendam mutuam pacem, et charitatem impellente continuas ha-
bent altercationes, et jurgia. fovent odia et rancores, se invicem
insuls et foris: vtinam non cum scandalo etiam ipsorum secularium
audient, aī mordere non pertonescunt! O sanctissime Pater
Francisce quid negotij de his? satis innuis in tuo sacro tuā
Regulē. Adrian in verum he vipere etiam S. Hyeronimum: habitu
religiosos facit, vine hāi effigiatum sunt tartara, habitatores sunt
Demones, cum hāi vero sunt paradysus, in vestis, et in eis degentes
sunt Angeli. Tacēo de iis, qui viis etiam stipendiis ad fatiem
resistere non verentur. Hi let illi seguenti modo ficuram adhuc!ma-
vide radat lignum, sub tota mensa Da vigetur Stia vide secundum
ad domum disciplina, ubi neminem offendere profit.

4to Ex nonnullis locis patim ob absentiam examinandorum, partim, obali-
as circumstantias in presentia mea, examen negati non potuit, cujus tamen
commissum fuit duobus examinatoribus, vt illud perficiant, et la mente,
nuntiam informationem de substantia Patrum, Fratrumq̄ vita et victu
alibore, loci, fidelitatis atteri, prout de expedito: ut, in dilate ubi non dum
fuisset peractum examen, illud studio perficiant, prout tum de horum
quam illorum subsistentia conscientiose informent, prout desuper ulteriorem
ceperint requisitionem. Allegnum quod tuli munito desenij, tum ex infor-
matione, tum propria eorum experientia tum plures Patres graviores de-
biles esse in iis, que concernunt curam animarum, seu administrationem sa-
cramenti poenitentie: quod tamen vel ipsis Angelicis humeris formi-
dabile est: hos promoniti volo, qualenus per diligentem lectionem pacifi-
carum materiarum ac casuum conscientie se se amplius perficiant, ne
in ipsis verificet illud veritatis effatum: Si cecus cecū ducatum prestet, am-
bo in foveam cadunt. Demus vt examinabuntur, ebi minus habentes re-
perti fuerint se certo sciant ab examinandis confessionibus suis pensos iri:
Advertit porro ex fratribus aliquos bene instructos esse, in studio, at
plures fere nihil scientes, hoc potissimum adscribo negligentie Accessorum
gistratum, proinde enixe hortor Patres superiores locales, quatenus ad hoc et
illos, saltem diebus dominicis compellant ad scholam, ad scientiam, et hanc
negligentia circumstantia ita diligenti per substitutionem pitantia nam
et fratres laici tenentur ad perfectionem religiosam, sub mortali vel gravem
vultum, quam vine assecui minime arbitrantur, et hoc puncto
ita vbi nolent, quod vita comite, Deo auxiliante Visita canonica debi-
te celam, vi in executionem non deducatur.

Quamvis paterna verum noverām, facies nulli labi videatur, ad omnes
communiter idem onus, sentire facias: manus enim Domini mentis longa
nos, quoad penuriam fere omnium, precipue victualium, nihil omnino

[illegible] [illegible] commendatur Rdis Patribus signanter superioribus charitati
[illegible] ed religiosa hospitalitate deprimis ergà vestros confratres secundum Dn
Dinem charitatis item Benefactores, ergàe meritò Ecclesiasticos, ac aliam
Religionum Alumnos, et ubi facultas iisdem effectivè inserviendo de eis
saltem affectu cupleatur. Capectus enim cum quodam superiores, qui unum
aliquem confratrem adventantem videnl, tovolas spicunt oculo, ac tobis de
membris tremunt. A primum quoitum non est, quo equaliter animo debus
aut quid mandviet? sed quamdiu? manea? et quando discedat? Itemè mo
rabes ad eundi non habemus, sed illud S. P. Francisci inserentium, videli
cet ubicunq; sunt et se invenerint fratres offendant se domestico Deo.
Ultiq; non tantum pulso sed experimento dixit, quod in moderna tempestate
aiqumstantia superiores pauperculi vidaz deficant in subministrandis
victus necessariis vibi subditis; dini omnes et singulos Patres et Fratres
admonitos esse volo, et sedulo exhortor. quatenus neminem altissimo pau
pertatis, quam professi sumus, et in defectu, quem superiores subire, seu
mendare nequeunt, ne impatientia, murmurationibus, aliisq; indomitis
passionibus meritum earum perdant. Rumenq; nutriseme ratum amplius
videant, sed magis humiliter placere studeant. DD et Patres superiores
locorum caute attendant, ne in defectu necessariorum suis lamentis, et
epistolaribus plateas et conpitas repleant. sed potius pere humilem mendi
cationem se divino numini apportuno: quarite primum regnum DEI
et reliqua adjicientur vobis. Virtute siquidem equanimi et resurrectionis in
quixerit laudem Dominum non vincentur omni bono, cum mento Domini
Modia fidei qui nunquam ab hui DEO auxiliante et paterne provi
dente, exporti sumus etiam in hac patria haeresibus infesta ullum fra
scanum fame obiisse.
Tandem perpensa communi moderna penuria, nullus Patrum superiorum
extraneam familiam atq; inevitabili necessitate augeat, imo pro posse
tibi minuere studeat, cum defacto etiam ubius persone interventio vel
notabilis affinationis. Et ex juxtissima patione etiam abstinendum ea
veo ab invitationibus hospitum, cum et juxt Domini Scillae, potentiores
in his se multum extraisse videantur. Si quis tamen Benefactor, vel
etiam nobis alias bene additus fronk velse invitaret, ipsa tazio et ratio
nitas dictat talem non debere pati repulsam. Has circulares Patres Pro
visores Regulo in utriq; lingua exprimant fratribus tajicis.
Interea valete Patres, et Fratres desideratissimi, renovamini Spiritu in
vos tri anno diligite pacem, et charitatem, et pro presenti, ac imminen
ti averendo Dn Deum jugiter Patrem exorate salutem, meq; in vestris
votis commendatum habete precibus. Datum e Conventu Nostro
Claudiopolitano B.V. cll. ad Vincs die 2da Januarij Anno Domini
Millesimo Septingentesimo Septuagesimo Sexto

Demqui Supra
Fr. Augustinus Kaphain
Minr provinc. mp.

Fr. Augustinus Kaphain Ord. min. S. P. N. Francisci Strict.
obsr Praedicator etc. Philiæ Lector Gralis Provinciæ Transa
l. l. Kephani chint Provincialis, et humilis in Dno servus.
Dilectissimis in Xto Adm Rdis, Rdis, cctis, Rdis Patribus. ctl. l.
Fratribus Salutem, et Seraphicam Benedictionem.
Dum acuratioti mentis indagine volvo, atq; revolvo terribile illud effatum
Spiritus Sancti Sap. 6. v. 6. Horrende, et cito apparebit vobis, quoniam judicium
durissimum his, qui praesunt, fiet, mihi credite: Vos, et Fratres dest,
seratissimi, cum Doctore gentium loquor, et non mentior: totis membris conte,
mnes

Nec immerito: siquidem teste Gualfrido: Prælatus debet esse Leo in vitijs persequendis, bos in suscipiendis laboribus; homo per compassionem, aquila per contemplationem; etsi enim vitijs debeatur virga feriens, infirmitati tamen necessarius est baculus sustentans, dicente Propheta: Virga tua, et baculus tuus ipsa me consolata sunt. Isal. 22. quia, ut Prælatus ad unguem exequatur, obligatus est. Sed quis est hic? et laudabimus eum. Quoniam vero visitatio est salus Religionis, ad hoc enim instituta, ut ait Hostiensis, ut Ecclesia Religio Sanctius regatur, crimina purgentur, et virtutes inserantur. Et Trid. Ss. 24. de refor. Cp. 3. loquendo de visitatione dicit: quod scopus ejus sit, sanam doctrinam inducere, bonos mores fueri, pravos corrigere, et subjectas oves cohortationibus, et admonitionibus ad Religionem, et pacem accendere. Unde palam deducitur; visitationem non ad hoc solum instituta esse: puta ad castigandos defectus, evellendos abusus, dissensiones sopiendas etc.; sed etiam ubi viget Regularis observantia, pax, et Charitas, ad hæc firmanda, stabilienda, ac augenda, hæc siquidem medicina spiritualis est, et remedium animæ preservativum, quod sanitatem vigentem à futura infirmitate præservat; qualia teste Scoto longe nobiliora sunt, quam remedia sublevativa, quæ curant ab ægritudine, quæ jam prævaluit. Lespuere ergo visitationem, quia Provincia sana, et quieta: est respuere medicinam preservativam, quam nullus sanus respuit, ni mente laboret.

Strictissimæ ergo obligationi ex Capite 10mo S. Regulæ, quantum ex alto conceditur satisfacere volens, harum intimatoriarum circulatione visitam cano, nicam 2dæ Intermediæ Congregationi præmitti debitam, omnibus, et singulis Patribus suis titulis dignissimis, charissimisq; Fratribus hujus Provinciæ annuntio; adhortans Patres Locorum Superiores, ut facta præsentium publicatione subditos suos absq; inevitabili causa maxime ad remota loca non mittant, et jam sic missos, suti et Capellanos; revocent, saltem dum præsentiam meam brevi adfuturam cognoverint, personalem enim præsentiam unius cujusq; desidero. Idem PP. Superiores prævie confectas rationes introitus, ac exitus pecuniæ Eleemosynariæ ad revidendum, ac subscribendum exhibebunt, item Inventaria rerum Domesticarum, nec non Sacristiæ, ac Bibliothecæ, aliaque Visitatoribus exhiberi solita. Denique has mox, ut receptæ fuerint in publica Comunitate legi curent, ac notata Die cæsis, subscriptas de loco in locum sua ordinem ad extra notatum mittant secura occasione.

Valete interim in Dño Dilecti in Christo Patres, et Fres, propriq; mea imbecillitate Deum jugiter exorate, qui vestri solicitus; pericula, ac fatigia, et incomoda itinera denuo aggredior. Datam in Conventu nostro vetero Claudiopoleos D. V. Maria ad olives, Die 20. Februarij. Anno Dñi 1773.

Idem qui Supra
Fr. Augustinus Lashain
Ordis Provincialis mpp.

Fr: Augustinus Saphain Ord min. S. P. N. Francisci Scriet. Provae Provie Transnica S. P. Asphani Min. Gralis et humilis in Xto Servus.

Dilectissimis in Xto Adm. Rdis, Rdis, Mdis, Dis, Patribus, et Charissis Religiosis Fratribus Salutem, et Seraphicam Bene, dictionem.

Coelestis illius Paranymphi varias inter vicissitudines temporum asperitates, et pericula viarum Tobiam Juniorem comitantis ducentis, ac parentibus Juniculis representantis Archangeli Raphaelis monito: Benedicite Deum Coeli, et coram omnibus viventibus confitemini ei, quia fecit vobiscum misericordiam suam. Tob. 12. intentus, et obsecutus: Benedico Deum, et Patrem Domini nostri JESU Chri, Patrem misericordiarum, Deumq totius consolationis, qui quamquam viribus multum debilitatum, interpositis tib. Vestrarum Paternitatum, et Fraternitatum suffragantibus precibus, heroicisq Sacris operibus per inexhaustam misericordiae suae bonitatem ita clementer benedicere, omnesq perquam arduas difficultatum semitas satis aspero sub hyemis tempore, ac coeli inclementia pro sua inscrutabili pietate dignatus est prospicere, ut in tot discriminosi itineris asperitatibus infirmitas mea non defecerit, usq dum potiorem partem Provae nostrae juxta muneris mei rationem pervigili cura, quantum ex alto concedebatur: sollicitudine non pigra lustrarem, ac canonicè inviserem, invisendo, si quae Zizania, ac tribuli in fructibus manuum vestrarum Dilectissimi Fres, et Fres per inimicum superseminata apparuissent, illa utiq collecta, et in fasciculos alligata igni mandarem et hodiedum mandarem ad comburendum. Quod dum non tristi, quam, quam obnoxius adversis affectionibus: sed hilari vultu ad majorem proseguor Dei Gloriam, et jamjam superis faventibus ad optatum deducere cupio finem, id unum superesse video, ut juxta Sacri nostri instituti rationem obtenta prius, et jam habita facultate Adm in Xto P. ctri Gralis Superioris Colendmi Paschalis à Vaccio secundam denuntiem intermediam Congregationem, qâd mentem S. P. N. Seraphici Francisci, eos quorum interfuerit, praesentibus convocem.

Quam proinde tenore praesentium legaliter indico, indictamque omnibus, et singulis Pbus, et Fribus volo esse intimatam, pro cujus Canonica celebratione de assensu Rdorum Patrum V. Diffinitorii determino V. Conv. nostrum in medium ad B. V. M. Immaculatè conceptam, Diem vero proxime affecturi Mensis Junij Octavas ad eamq rite celebrandam praeclaris humaniter invito R. P. Jucundianum Ambros Provae Patrem emeritum. Rdm. autem P. Provae Custodem, ac P. Fres Diffinitores actuales, uti et P. Secretarium Provae legaliter cito, ad convoco in praefato Conventu die Qta Mensis Junij ad coenam comparituros. Religiosi autem praeter hos toto tempore celebrandae Congregationis dictum Conventum accedendi noverint sibi interdictum, nisi quis per me expressa facultate fuerit munitus, aut specialiter citatus.

Cæterum Rdos Patres Superiores Conventuum et Residentiarum præmonitos cupio prævie ad locum Congregationis subministrare sequentia: recognitionem suorum officiorum; Extractum introitus, et exitus, ac remanentiæ pecuniæ elee-mosynariæ à Syndico respective, et duobus discretis subscriptum, ac sigillo loci munitum; juratam allegationem expensarum absolutarum ab omnibus Sa-cerdotibus sua Familiæ subscriptam, sigillogs roboratam, numerum item absolvendarum, et hoc in forma jam olim data; fructus missionum à proxima intermedia congregatione comportatos; specificationem debitorum activorum, et passivorum; victualium; proventum ex Capellaniis nullis; attestatam de persoluta Recollectione octidua[na]: an, et quid in sartis tectis ab intermedia Con-gregatione renovatum, vel etiam de novo edificatum, aut extructum sit: et hoc firmatam subscriptione decem discretorum; Patres Lectores Calen-tes suorum Discipulorum; Linguæ germanicæ Instructores Religiosorum pariter, ac Sæcularium profectum studentium in Germanismo: Patres Professores tam Calculos, quam numerum suorum Scholasticorum; Patres Socios Magistri Fratrum Laicorum conscientiosum attestatum, an, et qualiter præfati Socii sin frequentaverint, et profectum fecerint in Doctrina Christiana in intelligentia Regulæ, et Statutorum, ac denigs in omnibus Religioso necessariis: Postremò rerum notabilium adnotatores, si quid congestrent, et adnotarunt, et hæc omnia ~~sic~~ in distinctis Chartis adnotata exhi-bebuntur.

Porro ut Filius Sancti gratia actiones nostras aspirando prævenire, et adjuvando prosequi dignetur, præscribitur ordino: ut à die promulgationis harum ebnovocatoriarum in Conventibus post Laudes, et Vesperas, in Residentiis autem post solitas orationes mentales Hymnus: Veni Creator cum consuetis versiculis, et collectis devote persolvatur. Ipsa die Congre-gationis in omnibus Conventibus, et Residentiis, ubi fieri poterit mane hora Sextâ una Missa de Spiritu Sancto solemniter decantetur, sub qua Fratres omnes præmissa Sacramentali Confessione, quam hac vice indulgeo liberan devote insimul communicent. Patres denigs singuli in suis Missis faciant Collectam de Spiritu Sancto. Tandem Superiorum localium strictissima obligationis erit, has, quamprimum peregerint, illicò coram Religiosa Comunitate capitulariter congregata, perlegi curare, et juxta indorsationem adnotando diem perceptionis, et expeditionis, sine mora [illegible] non sic, sicut intima-toriam Canonicæ Visitæ: [illegible] de loco in locum promovere.

Valete Patres, ac Fratres in Charitate conjuncti, et pro mea imbe-cillitate ferventi cum pietate Deum orate.
Dedi in V. Conventu nostro Claudiopolitano P. M. V. ad tive.
Die 10ma mensis Maji. Anno 1773.

Idem qui supra
Fr. Augustinus Raphain
Min. Provincialis mpp

Fr: Augustinus Caphain

Ord. Min. S. P. N. Francisci Strict. Obsæ Gradicator Ste Thliæ Lector Generalis, Provæ Transnica S. I. Syrhani cust. Provincialis, et Servus.

Dilectis in Xto Fdm. Idis, Idis, Mdis, Vdis Patribus, ac Relgs Fribus Salutem, et Cælestium Charismatum affluentiam.

Harum Circulatione Comunico Rmi Patris Mri Gralis literas Encyclicas, quibus Generale totius Ordinis Capitulum Anno Sequenti in Vigilia Pentecostes Deo favente celebrandum indicit, Superiorum proinde Localium erit eadem in Singulis locis nostris publicari facere, et quæ in illis ad Divini Numinis cultum, nostrique Ordinis Sulcimentum, et decus præscribuntur exacte observare. Cæterum quia ad Capitulum Generale tum ex præscripto Statutorum tum etiam ipsarum Encyclicarum plura excipienda sunt, pro quibus Definitorium indispensabiliter Congregari oportet, vigore præsentium determino Ven. Conv. Mikhalpiensem pro illo extraordinario congressu, diem vero 19nam Mensis, et sequentis, ac primum invito Fdm. R. P. Provæ emeritum Jucundissimum Fratrem; Ptres vero Definitorij, utpote Fdm. I. Patrem Custodem, et Fros Definitores actuales, prout et Patrem Secretarium Provæ sub Salutaris obedientiæ merito cito, et convoco comparituros ad Cenam dui 18væ præfati mensis.

Quia vero non omnes etiam locales Superiores in praxi nôrunt, qualiter procedendum sit, quoad Syndicationem, sequentia intimare placet. 1mo: Patres Guardiani: uti et Præsidentes ubi fieri potest, ubi vero non, faciant, quantum possunt: in suis Conventibus electis per Discretorium Notario, et duobus testibus de defectibus Mri Gralis, aliorumq officialium Curiæ, nec non actualis Ministri, et ejus Ministri Provincialium Secreto inquirant, et si quid adversus eos invenerint, id Chyrographo munitum, ac Sigillo firmatum, ut nulli alteri constet, previe ad dictam Congregationem transmittant, dirigendo Mtæ Sarkelynum. 2do: Forma Syndicationis hæc, aut similis esse poterit:

Nos infra Scripti specialiter à Patribus hujus Conventûs Nri. vel Residentiæ N. electi testes, et Notarius fide Sacerdotali testamur, Nos Secreto, et fideliter ab omnibus Patribus, et Fratribus inquisivisse in defectus Rmi P. Mri Gralis, aliorumq officialium Curiæ, nec non in actualis Mri, et immediate ejus Ministri Provincialium Fdm. Porum hujus nostræ Provæ Transnicæ S. I. Syrhani si quæ habebantur contra Eosdem, annotantur, ita tamen, si per duos legitimos testes omni exceptione majores comprobentur, si vero nil habeatur, continuatur hoc modo: nullamq adversus eos querelam, imo Paternam ex nos, Conventumq hunc vel Residentiam hanc pastoralem solicitudinem, ac vigilantiam esse inventam. In cujus testimonij majus robur, manuum nostrarum subscriptione, et Conventus vel Residentiæ Sigillo munivimus Die = Mensis = Loco Stro Dei S. Archivatij erit omnia instrumenta necessaria, ac formulas, uti et finetus Capitulorum à proximo Capitulo Grali comportatos secum ad ferre ad dictam Congregationem.

Valete Ptres, et Fros mei in Charitate conjunctissimi, et pro me, ac totius Ordinis nostri Seraphici necessitatibus Deum Patrem misericordiarum exorate. Datum in Conv. nostro Adoarkelyensi ad S. Isp. Petrum, et Paulum Die 6. Augusti. Anno 1773.

Dem qui supra
Provincialis Augustinus Caphain

Fr. Martinus Peteffi
Ord. Min. S. P. N. Francisci Strict. Obs. Prædicator
S. Theol. Lector, Provæ Franciæ L. L. Stephani Minister Provincialis
et humilis Servus.

Dilectissimis Admodum Rdis, Rdis, MVdis, Vdis Patribus, et Charissimis
in Xto Religiosis Fratribus hujus Almæ Provæ, Cœlestis Gratiæ ubertatem
Sinceram Charitatem, et Salutem perennem, ab Eo, qui est vera Salus, et
plena in Spiritu Sancto consolatio.

Servitutem ministeriatus almæ hujus Provæ in proximo præterito Provinciali
Capitulo in meam exiliter Personam, Deo ita volente canonice derivatam, jam
singulis ejusdem Provæ Dilectissimis Patribus, et Fratribus sufficienter innotu-
isse dubium non est, ad cujus non modici ponderis ferendum onus, licet insuffi-
cientiam meam cognoscerem, attamen ferendo in adjutorio, et protectione Altis-
simi illudque obediendo suscipiens, partium mearum esse arbitror, ut antequam man-
datis Patres, et Fratres meos personaliter salutare liceat, hac brevi Epistola
omnes peramanter salutem, atque aliqua animi argumenta brevibus exponam, ut
verbis itaque seraphici Patris Nostri voc Salutis: Dominus det vobis pacem, quæ
Divina pax conservet in vobis amorem, et timorem Dei, ac mandatorum ejus; atque
exoperans in cordibus vestris, excitet vos ad exorandam, ac implorandam à Divina
clementia mihi indigno ministro vestro assistricem suam Sapientiam, et cor docile
quo ita bene negotia regere, et moderari valeam, ut omnibus, et singulis prorsus ad
Salutem, per hanc autem primam Epistolam non intendo aliquid statuere, vincula,
superinducere aut onera gravia, quæ non portarunt Patres Nostri imponere, sed
solum S. Regulæ Nostræ, ac Constitutionum Ordinis, præsertim Statutorum municipa-
lium rigorosam observantiam comendare, et exigere.

Et quamvis eam laudabilissimi, atque dignissimi Patres mei Prædecessores fervo-
rissime comendabant, solicite exigebant, ac in transgressiones zelosi animadver-
tebant, atque decorem hujus Provæ ex totis præcordiis anhelabant, tamen dolenter in
pluribus oleum, et operam se perdidisse senserunt, probantibus id lamentabilibus exemplis.
Perquirenti mihi hujus causas occurrit, quod forte Superioribus localibus tanquam
cubitoribus super familias sibi comissas dormientibus, et non vigilantibus, vel
etiam vigilantibus quidem, sed propriis comodis studentibus, vel favorem conquiren-
dorem, gratia trasgressiones dissimulantibus in agro Domini Seraphico, inter pergratos
Cœlesti Patrifamilias triticum, idest, Dei timorem, et amorem habentes Religiosos,
extirpatione digna sæpe fuisse reperti sunt zizania: et hæc cogitans vitæ aberro-
rum frequentissimi subditorum excessus, et pessimi abusus superiorum malam
assuevare consveverunt vigilantiam, præsertim eorum, qui officium Superioratus ac-
celant, et adeptum pessime administrant, constitutiones legi curant, sed quantum eas
stringant, intelligere nolent, atque etiam per alios non esse omnes observabiles asserere
non erubescunt, qui si super transgressiones sedulo vigilarent, excubiasque pervigiles
super concreditam familiam agerent, profectò multis scandalis, et Regulæ sacræ
de constitutionum violationibus viam præcluderent.

Idcirco ad Vos primum verba facio suis titulis dignissimi Patres Superiores
Locales; pascite, qui in vobis est, gregem Domini providentes spiritualia magis,
quam temporalia; pascite pusillum gregem vestræ curæ comissum, regite non coacte
sed ex amore Dei, non turpe, sed animarum vobis concreditarum lucrum spectando,
et sectantes; non ut dominantes, sed forma facti gregis ex animo, Charitate, humilitate,
suavitate, morum gravitate, vitæ integritate; vosmet ipsos præbete bonorum operum,
et observantiæ Regularis exemplum, ad instar boni Pastoris, Salvatoris nostri, qui
prius cœpit facere, dein docere, quique munus boni Pastoris indigitans sic scripsit Joan. 10.
Bonus pastor, cum propria emittit oves, ante eas vadit, et oves illum sequuntur:
præite itaque et vos oves Seraphicas vigilantiæ vestræ comissa

sanctæ conversationis, et observantiæ Regularis exemplo, docete, et movete verbis, trahite exemplis; Vestram una et eam in pascendo providentiam et in regendo prudentiam S. Bernardus Serm. 76. in Cant. his delineat verbis: pascite verbo, pascite exemplo; pascite Sanctarum fructu orationum; pascite ad disciplinam, ad custodiam, ad orationem; in disciplina rigor justitiæ, in custodia Spiritus consilij, in oratione affectus compassionis; in cura disciplinæ adsit vini, et olei mixtura: passionis, et compassionis, severitatis et benignitatis; nimia enim mordacitas exasperat subditos, et nimia benignitas reddit insolentes, et dissolutos. Audite S. Greg. Lib. 6. moral. dicentem: In Lectoribus adesse debet et justè consolans misericordia, et piè saviens disciplina. ut per vinum mundentur putrida, et per oleum foveantur sana, curentur sananda; regat disciplinæ rigor mansuetudinem, mansuetudo ornet rigorem, ut nec rigor sit rigidus, nec mansuetudo dissoluta. Tenete Virgam, et baculum, ut ipsa sint consolatio subditorum; Virga enim percutimur, et baculo sustentamur. Ubi ergo discretio Virgæ, quæ ferit, et baculi consolatio, quæ sustentat. Verbo vos estis Sal terræ, cujus nimium acre, per quos condienda sunt corda subditorum vestrorum, ad gratissimum virtutum saporem Deo exhibendum. Vos transgressores patere, et exemplo condire, et exergere tenemini; Nolite ergo insipuari tolerando transgressiones Regulæ, et statutorum, ne tanquam sal insipuatum, una cum subditis transgressoribus coram Deo ad nihilum valeatis, et conculcationem promereamini.

At Superioribus ad vos me converto, qui propter Deum abnegastis proprias voluntates, vosque ad spectaculum Ati Crucifixi invito nellystui Victoris Religiosam ad obedientiam invitantis verbis: Ne timeas Fili obedientiam, ne timeas. Induere manus propter obedientiam cruci affixas, considera pedes ex positos figuri flavorum et latus lancea perforatum. Subjicite igitur subditi voluntates vestras mandatis Superiorum vestrorum, exemplo Salvatoris usque ad mortem obedientis, atque præclara Seraphici Patris vestigia secuti habete obedientiam cæcam, quæ non perlustrat imperfectiones Superiorum, habete obedientiam promptam, fugatos, ac pravas excusationes excludentem; habete denique obedientiam fortem, et constantem in difficultatibus rationa, biliter vobis imperatis; recogitando par esse ministris Dei, ac ipse Deo obedire, et non situs de numero eorum, de quibus dicitur: aures habent, et non audient, os habent et non loquentur, oculos habent, et non videbunt, pedes habent, et non ambulabunt, sint paratæ omni tempore aures vestræ ad audiendum; ora ad Verbum Dei prædicandum, manus ad operandum, pedes ad itinerandum; dum hæc à vobis postulaverit obedientia, ut sic à Magistro obedientiæ Salvatore capiatis mercedem sempiternam.

Specialiter autem vos cum Virgine Evangelista obsecro: ut diligamus invicem, sicut ille dixit vos: ne sint ergo inter vos dissidia contentiones, odia, aut Schismata; sed pax, concordia, et Charitas; nam ut inquit Apostolus, quidem invicem mordetis, videte, ne ab invicem consumamini; discordia enim maximas quasque res dilabi, ac penitus frangi, nemo est, qui neget; unde omni energia propensissimi animi vos cohortor, ut amputetis, et omnino tollatis à vobis, si tamen adesset, pernitiosissimum vineæ Seraphicæ, et cujus Religiosæ communitati Nationalitatis vitium, utpote radicem, et germen dissensionum, discordiarum, et pestem disciplinæ Regularis, ubi enim germen hoc pessimum radicem fixit, exigua ibi serandus est fructus, et profectus disciplinæ Regularis, quæ sicuti sincera animorum conjunctione fovetur, et augmentatur, ita divisione minuitur, imò plane, ut absit in interitum, est necesse. Propterea servite Domino Deo vestro non freno coactionis, et metus servilis, sed moderamine Charitatis, et Zelo Dei, perpendentes, quod servitus coacta Deo minime placeat, fructu meriti animam privet, et frigidum esse in amore Dei animum probat; Quem fervorem, et amorem Sanctum, si jugiter in corde foveritis vestro, fervebit Charitas tam in Deum, quam ad invicem; ex ulabit tempor in servitio Divino, ac cum delectabili

facilitate obedientia, ut dixi, prompta, simplex recta, integra, et cathilas inviolata servabuntur, totaq; Religiosa observantia profectum quid Deum commendabilem habebit, ubi stimulus perfectionis ex amore Dei procedens incitamentum fuerit.

Caeterum volo, et ordino, ut post perceptionem harum, quantocyus fieri poterit, curent Superiores locales compingi librum unum, saltem ex 4. libris Charta, in quem ab aliquot jam annis annotata rerum notabilium per Patrem Chronologum Domus posteris describi, et putisari.

Tandem Deus Gratia, et Solatii Supremus suo assistentiâ cooperetur, ut hac, et cuncta, quæ obligationis, et perfectionis sunt, opere compleantur; qualenus ex iade glorificetur in nobis Deus, proximi bono edificentur exemplo, et proprius conscientiæ, ac mihi in merito accedat solatium. Valete Patres, et Fratres mei desideratissimi, meamq; imbecillitatem subsidio precum vestrarum sublevare memento.

Dedi in Conventu Nostro Villaediosph. ad Nives Mariana 17. Aug. 1774.

Eadem qui supra
Fr. Sebastianus a Sedensi
Min. Provincialis

Copia Literarum Romanarum de obitu Sumi Pontificis Clementis XIVti.

Reverendi Patres Locorum Superiores, in Dño Colendissimi!

Acceptis hesterna die Romanis Literis, ab Adm Rdo P. Secretario Generali Curiæ, sub Sigillo A.R. Patris Procuratoris Generalis Reformatorum sequentis tenoris: tenoris

Adm Rende ac obsequme in xto Pater!

De Clementis XIVti Pontificis maximi funere, 22a mensis currentis, die Jovis circa decimam tertiam horam Italicam de mane secuto, funestum nuncium ad aures tuas arbitror jam fuisse delatum Adm Rde, ac obsme in Xto Pater! Quoniam verò quâ morte præceptus fuerit, à te sciri multum expedire dijudico, id hisce meis manifesto. Scias, ergo, volo, adeo potenti veneno intoxicatum periisse, ut nec spirituum usus, nec aromatum repetita condimenta, nec subligatoria, nec alia ad membrorum compagem dissolutionem, ad cadaveris corruptionem ad breve tempus præcavendam satisfuerint; et quoniam trium dierum interjecto spatio, ferme totum ad nigredinem conversum est. Dum Pontificalibus indutum, de more in Basilica S. Petri ad triduum Romanæ Gentis objiceretur adspectibus; Romana Civitas die Sabbathi de sero Pontificem suum in arcam vitrò incrustatum, è ex terra confectum deposita, semel aut bis vas fregerunt. Abaci Pontificii Custodem pari morte jam fuisse peremptum creditur. Alumnæ, sive ad præfati Abaci, sive ad Pontificia cubicula servitia deputatum, morti proximum esse non dissimili per timescitur. Oh miseram nimis Summorum Principum saeculo hoc Regnantium conditio! Ut meliora illucescant tempora, ad Divina vindicta flagella avertenda, oremus. Interim valere Te jubeo, dum ad obsequia erga te mea ex corde parabissima, maneo.

Adm Rdo Pris Tuæ

Datum Romæ 28. 7bris 774.

Humillmus, & addictiss. servus
Fr. Petrus Chrysol. à Pobonio Secretarius Generalis Curiæ mpa

Acceptis, ingravi, hisce Literis, quantum moeroris ex obitu Principis Sacri nostri Sacerdotijq; Clementis XIVti Pontificis maximi capimus; tantundem vobiscum, ut per has nostras sine mora Communicaremus, non Juris modò, quam nostri rativ officij postulat. Quamvis autem Justa Divinæ vindictæ indignatio, (: qua sanguinem Abel Justi, Barrachiæq; inter Templum, & Altare occisi, non tulit inultum :) super Parricidas illos, & Sacrilegos tanti Pontificis interfectores de Coelis meritò vibranda sit; nos tamen ad veniam, & Conversionem ipsorum eam orantes mitigari, ac dum dolori nullum aliud Levamen, nullum ex merore fructum, nisi amarum doloris sensum colligi posse animadvertimus, id faciendum charitas, id filialis in Summum Pastorem, & Patrem nostrum affectio postulant, ut doloris sensum cum pietatis officio Comutemus; Quapropter vigore Statutorum nostrorum municip Cap. 3. §. 5. num 17. Licibet Patrum nostrorum tres missas celebrent, Quibus adcentur per Rel. Fres clericos tria officia Defunctor; per Rell. verò Fres Lajcos trecenta Pater noster, cum totidem salutationibus Angelicis, & Requiem æternam &c eò fine, ut siquid fortè, summo in terris Pontifici, & Patri nostro purgandum in via æternitatis superesset, tanquam piaculares suppetiæ lege sanciatarie persolvantur; hinc quietando Conscientiam Patrum eorum, qui in quolibet Loco nostro Requiem solemne celebraturi sunt, (: quod fieri præcipimus :) præter illud ad quam Missam non teneri, ac insuper admonendo, ne pro obitu Summi Pontificis, ut moris est, per triduum pulsent Campanæ, nisi à Rdmo Dno vicario Gli, aut ejus ex mandato à Parochis proximioribus admoneamur. Has itaq; ut lectæ fuerint in publico, ac in protocolum translatæ, cujus de loco in locum à foris designatum promovere studeant.

His annecto, Conjecturari posse, quod si non omnes, saltem quidam, non multum terreantur superiorum majorum admonitionibus, & Comminationibus, neq; eâ, quæ par esset, ferri observantiâ ad salubrimas ordinationes in effectum deducendas, ex eo quod monumenta Locorum nostrorum, uti per Rdmum Patrem Ministrum Generalem diligentissimè colligenda esse demandatum intellexerunt singuli, atq; ad nos quantocijus dirigenda ordinaveramus. Vix unus, alterve nostro fecit satis mandato; Proinde obtestor, ne sint contenti publicatione tantum mandatorum nostrorum; neve nostram Paternam mansvetudinem, & patientiam irritent, atq; adjustam incendant animadversionem, per omissionem executionis nostrarum ordinationum.

Igitur; 1mò Monumenta Locor nostror diligentissimè Collecta quantocijus expedianta ante Festa natalitia si fas sit, Mitharam, post verò Clandiopolim, & quidem à Diffinitorio vnbili, aut ejus duobus saltem præcipuis authenticata. 2do Signi Divino Spiritu incitati, Inaqz majoris perfectionis desiderio Domum Recollectionis, Sive Recollectionis, ambiunt; per Literas sese nobis manifestent cujus. 3tio Trita vestimenta una cum breviarijs depositis, ad Loca novitiatuum quantocijus transponantur, ne desuper plures querelæ nostras pulsent aures. Datum & Signo Cik-Somlyovij ad B. virg visitantem 30ma 9bris 1774.

L.S. Fr Martinus Petrffi
Mor Provis offa

Fr. Martinus Petrffi
Chr.mi & Min. Strict. Obs. Provinc. S. Philipp. Lector. Juris Provinciæ Franciscæ S. R. Stephani Minister Provalis et Famulus in Dno Omnib. Dilectis in Christo Dom Rudis, Rudis, Illudis Indis, Patribus ac Religiosis Sis Fratribus Salutem, et Benedictionem Seraphicam.

Ut autem Spiritus ille Divinus, qui olim Apostolis illapsus est nostra quoq; Corda illustret, ac regat intelligentias nostras, quatenus singuli Provie nostro huic, eos superiores, tamquam capita, reti quoq; singulas Familias Patres et Fres, tamquam Corporis mystici membra, ad Dei Gloriam, singulor propriam, ac plebis circumfusa Salutem procurandam, ipso inspirante quam aptissime ordinare ac disponere valeamus, ejusdem gratia efficis vobis implorandu est, proinde hyce committo, ut a die promulgationis presentium, in Conventibus vrsum post Laudes et Vesperas, in Residentiis vero, post Matutinas et Vespertinam Meditationes, Hymnus Veni Creator etc cum solitis Collectis de Spiritu S. Immaculata V. Conceptione, ac de B. P. S. Fran. cisco persolvatur, ipsa vero die Congregationis, mane hora 6ta, Missa de Spiritu Sancto, quantum fieri potest solemniter decantetur; sub qua p. missa Sacramentali Confessione, quam hac vice liberam indulgemus, Charissimi Fres Clerici et Laici Sacra reficientes Synaxi. Patres autem celebraturi, in Missis addent Collectam de Spiritu Sancto.

Ceterum Rdi Pres Superiores Locor, aut in eor absentia Presidentes, has perceptas, illico et sine mora sub Familia publicent; conscribi curent, ac annotatis diebus perceptar et promotar, de loco in Locum fideliter bajuli p. Li postea defunct ministerio divigent. Valete Patres et Fratres in Sto dilectissimi, ac ut vestra dispositio Deo gratam glorificet, vobis autem singulis salutaris existat; non minus ferventer, quam resignate orabitis. Dedi et signavi in Coenobio nostro Csik-Somlyoviensi ad B. M. V. Visitantem die 25. Maji Anno 1746.

Demgri Suyssa
Fr. Martinus Petrffi mpria
Minister Provincialis

Reverendi Patres Locorum Superiores in Domino Colendissimi.

Hisce diebus accepi Româ intimatum, de obitu R.dm. Rdi ac Religiosissimi Patris Caroli Antonij à Lamadevo, olim in Curia nostra Secretarij Generalis, postmodum pluribus jam ab annis, totius Cismontanæ Reformatæ Familiæ Actuarij Procuratoris Curiæ, qui immaturâ morte, non sine plurimor spectatissimor viror in Alma quoq; Urbe degentium tristitia, præreptus est. Die etenim 8va Februarij, ex pleuritide ita vehementi correptus est, ut quam citissime ad dizeptâ, humor pravitas pectoris viscera invadens, ac in undans, nedum labefactaverit, sed vulneraverit, et in gangraenam resolverit. Morbi pravitati medicaminibus solitis imperfis, palmam cedere coactis. Ecclesiæ Sacramentis

Sacramentij, à quibus ad suum ex hac lacrymarum valle egressum, refici, et corroborari enixissimè postulavit, munitus hilari corde, mortis intuitum accipiens, sub die 13tia Mensis, in osculo Domini extremum claussit diem. Singularis ejusdem in negotiis agendis dexteritas, sincerus in universum ordinem, ac peculia-
ris S: pretur vitas, hujus Cismontanæ strictioris Observatiæ Familiæ: in Nostram Franzicanam Provinciam affectus, amor, et æstimatio, quâ ductus, ejusdem negotia Coram variis San-
cte Romanæ Ecclesiæ Curijs promovere, procurare, ac adurgere non destitit, gratum Nostri animi sensum jure merito postulat. hinc charitatij vinculum, quo ille nobis colligatus erat in vitâ, eodem defuncto à nobis exigit debitæ gratitudinis ægrificationem. quæ propter. Ejusdem humanæ labilitatis impedimentis detinemur, quo minus æternæ Claritatij abyssum valeret intuxi, in vicem dilectionis ejusdem, cujus in Nostram Provinciam Franzicam plurimis retro annis luculenta, ac continua dedi specimina, parentemus eidem admodum Rndo, ac Religiosissimo Patri, nostrogs suffragia ante Thronum Clementiæ Divino substernamus. Ea propter ordino, ut in singulis conventibus pro refrigerio prælibati admodum Rndi Patris offerat solemne Requiem, ac insuper legant 4. Missæ. In Residentijs vero præter Cantatum Requiem. 2 Missæ legantur. Dat: in Conventu Nostro Decollati ad S. Antonium Paduanum. 24. Martij 1773

Fr Martinus Petersi.
Minister Provincialis mpria

Fr: Paulinus Boskeer Ord: minor S: P: N: Francisci strict: obs Provinciæ Franziæ S: Regis Stephani Prædicator etc. etc. Minister Provincialis, & Servus.

Dilectissimis in Christo et Patre Nostro S: Francisco Adm: Reverendis, Reverendis, MRdis, Venerandis Patribus, & Carissimis Fratribus Salutem in Domino Sempiternam.

Postquam urgente sanctæ obedientiæ vinculo pastoralis oneris gravitati imbecillitatem nostram: quantum quidem in nobis erat omnino metuimus: Intimi sæssemus, ne a laudabili Prædecessorum nostrorum omni honore dignissimorum recederemus semita, et muneri nostro desimus proprimis cohortando unumquemque ad recte agendum, ac in via mandatorum Dei observatione sacra Regulæ, constitutionumque nostrarum, in unitate spiritus, et vinculo pacis ac mutuæ Charitatis indefesso tramite currendum obtestamur omnes, et singulos Patres, et Fratres suis Titulis dignissimos, per vulnera Jesu Christi, et Stigmata Patris nostri S: Francisci illis Apostoli ad Ephes 4 verbis: obsecro vos, ut digne ambuletis vocatione qua vocati estis cum omni humilitate, et mansuetudine, sustinentes invicem in charitate

Gucciam

gnoriam Deus Charitas est, et qui manet in Charitate in Deo manet, et Deus in illo: denique sequentia intimanda duxi.

1mo Addis Patribus Locorum Superioribus mantentionem Ordinationum, ad
= hortationum, quæ à Dignissimis Prædecessoribus nostris præsertim ulti-
= mis hisce annis ad Regularis disciplinæ augmentum, atque etiam
= instituti nostri decorem provide, et zelose instituta sunt, subditis verò
observantiam earundem, et sub ijsdem animadversionibus et pœnis serio
= incalcamus

2do Quamvis prioribus annis per iteratas visitationes, ac etiam admonitiones
= ejus provisum sit, ut Suppellectilia Ecclesiastica mundè, ac nitidè conserva-
= rentur, ac ea removeantur, per quæ periculum esset irreverentiam inferri
Divinis mijsterijs, adhuc tamen observatu est in nonnullis locis omissio
= debitæ vigilantiæ per eos, quorum interesset, dum exposite sunt celebran-
= tibus Albæ, et humeralia adeo infecta, ut ne quidem permodum profani
= indusij quis honestus gestaret, Corporalia verò, et purificatoria adeo
= sordida, et fœdata, ut simili admixta mappula nausearet quis ho-
= nestus cibum sumere, quin imo post pravias et repetitas admoni-
= tiones inventa sunt in nonnullis Conventibus, et Residentijs corpo-
= ralia ita tincta, et foraminosa iis plane locis, quibus sub Sacrificio
Sacra hostia collocari solet, ut manifestum periculum frustis excij-
= dendi micas consecratas ex Sacra hostia plenmeque decidentes, ita-
= que irreverentijs Aribuscunque quantum humana, ac morali
diligentia valemus obviare cupientes ordinamus, ut in Conventi-
= bus Rdi, Rdi Patres Vicarij: quorum munus est in defectu Vicarij
Chori, et Patres Sacristani non solum in Conventu et cellis, sed pro
= cipue in Ecclesia tanquam in Baltatio Dei item in Choro, et Sacristia
= munditiam curare: in Residentijs vero R.R. Patres Presidentes pos-
= sint, ut hæsce acceperint, adjuncto sibi socio perspicationis visus visitent
Sacristiam, et signanter num sint casulæ, Albæ, ac manipuli nimi-
= um laceri? si ita asserant de Sacristia, nec restituant antequam re-
= ficiantur, si possint refici; si vero penitus sint attrita vestimenta,
= comburantur juxta præscriptum rubricarum: item visitent Albas,
= et humeralia, et signa sinceda reperetint prohinus ad lotionem exponan-
= tur. Item visitent purificatoria, et corporalia, et quidem cum majus pe-
= riculum appareat in corporalibus, ut pote, in quibus immediate conse-
= cratur, et conservatur Sanctissimum videant, et accurate inspiciant om-
= nia corporalia etiam in capellis, et tabernaculo num sint apta? quod
= si apparcant aliqua lacera, et foraminata, sive ex antiquitate, et fre-
= quenti usu, sive ex vitiosa textura indispensabiliter, ac sine misereor-
= dia concindant per medium, sutura deinceps pro purificatorijs, si
= quæ autem corporalia etsi usui apta tamen sinceda sint pariter statim
= lotioni exponantur. Cum autem post lotionem magis appareat defectus
= in corporalibus hinc districte prohibeant Fratribus Sacristanis, ne ul-
= lum corporale post quamlibet lotionem usui exponere præsumant, nisi pri-
= us revisum a Patre Vicario, vel Præsidente cum socio. Huc accedit

Huc accedit, quod nonnulli Patres viaticum deferentes in reditu non reponant ipsimet ad Burssam ad Tabernaculum contra priores Ordinationes Prædecessorum nostrorum, verum in Sacristia deponant, ubi per Fratres Sacristanos hinc inde difficultur, cum tamen ipsimet Patres non solum reponere, sed et velud parvum Corporale, in quo viaticum delatum fuit, supra Ciborium inverten. explicare, et rectis digitorum competenter agitare, ac ita quodammodo purificare deberent, ut si quæ micæ ex viatico remansissent recidant in Ciborium circa quod parvum corporale, ut quantum humano modo, et morali diligentia prospici possit, ordinamus, ut Patres viaticum deferentes semper post viaticum infimis exhibitum eandem partem prius reflectant, et complicent qua parte dum viaticum esset in Corporali cooperiebatur, ne alternatis modo hanc modo aliam partem Corporalis complicando, micæ quæ forsan adhuc irrepsilli parti, quæ tegebat viaticum excidant. Hinc adunum latus vq dextrum illius parvi corporalis deberet assui cruciula ex Serico nigro, in signum quod alia videlicet sinistra pars corporalis semper tegat immediate Sacram particulam, hæc autem cruce signata semper super illam reflectatur, et complicetur, idem in complicando illo parvo corporali huic cautela debet observari ut sinistra pars fracturæ tanta sit, quæ totaliter et absque coopertial Sacram particulam, et dextera partis fractura seu reflexio pertingat ad sinistræ partis; sic enim omne periculum irreverentiæ per deperditionem micarum consecratarum timendæ, quantum humana et morali industria fieri potest præcavebitur. Denique cum certum sit etiam in Monstrantia jam cunulæ adhærere, quam per agitationem plures decidere micas, infra illud Spatium concavum, intra quod servatur Sanctissimum, hinc quotiescunque e Monstrantia exi mitur Sanctissimum accurate purgandæ est a micis hujusmodi, præsertim si e Tabernaculo exponenda ac Fratribus Sacristani manibus attrectanda sit Monstrantia,

Postremò non valemus tollerare praxim periculosam eorum, qui præsertim ad nostros Infimos Fratres communicandos non deferunt Ciborium per quod deferent, verum ex Sacristia assumunt aliquod obvium corporale, et e Ca. Vorio illuc reponunt Sacram particulam, ac postmodum ejusmodi corporale absque ulla purificatione exponunt communi usui Celebrantium; igetur si desint sufficientes pixides præparentur parva corporalia soluta fuscia notnam superius datam, etiam parvo illo corporali collocetur viaticum: potest autem istud parvum corporale in defectu pixidis collocari intra majus corporale, et sic secure deferri ad infimos. Porro cum hoc totum punctum respicial omnes Patres; hinc Rdi Patres Locorum Superiores curent quam primum in tot exemplaribus describi, quot habent Capellanos vel Administratores foris, ac ipsis sine mora communicent, ne prætendant excusationem per ignorantiam; quamvis hoc sine ulteriori nostra admonitione ex proprio juris naturalis, ac Divini ad præcavendum circa hoc Divinissimum Mysterium irreverentiæ periculum pie ac reverenter de Sanctissimo cogitanti plana sint, adeo ut qui omiserint hujusmodi cautelas ipsi Judicium pro omni irreverentia sequentura portabunt. sed et nos ipsi per visitationem mox sequenturam si observaverimus defectum serio animadvertemus ac

Ulo Admonentur Rdi Pat: Locorum Superiores ut omnes omnino Circulares nostras hucusque prioris ordinationes curent inscribi in Librum ad hoc destinatum.

Ut.

4to Comendatur Rdis Patribus Locorum Superioribus cura Patrum ac Fratrum Infirmorum non tantum Professorum, sed etiam Novitiorum, ac Charitas & hospitalitas religiosa precipue erga Fratres nostros itinerantes.

5to Quemadmodum in Conventibus post Nonam Canonicam, ita et in Residentijs post primam meditationem Vicissim persolvatur Responsorium S. Antonij Paduani cum V.R. et Oratione ad publicas intentiones a Rdissimo Patre nostro Generali nuper insinuatas, et comendatas, et hoc durante nostro Ministeriatu

6to Rdi Patres Examinatores in Locis Studiorum Sacre Theologie tempestive exa=minent Fratres Ordinandos, nobisque testimonium submittant, non minus de Subsistentia, quam de Moribus, quatenus in tempore valeamus remittere de=-veritates dimissoriales ad locum cujuslibet studij sine quibus Rdi P.P. Locorum Superiores nullum ex loco promoveant Caroliñam.

7mo Post Ordinationem Fratrum nostrorum peractam e quolibet studio informari cupio bonis gratijs, Qui et ad quos Ordines sint promoti.

8vo Historici domuum nostrorum ad Provincie nostre decorem cum salutaris obedientie merito diligenter continuent historiam jam inceptam, pro cujus rubricatione facilitanda more Comunicabitur singulis locis idea quedam qua inspecta clarescet, qua Methodo inscribenda sint; porro ut poatescat antiquariorum nostrorum industria, in visitatione nostra Canonica sin=guli exhibebunt nobis historiam a se scriptam, diligentes congruum favorem qui vero remissi fuerint reperti; gravem indubie reportaturi animadversionem

9no Singuli Patres Professores nostri per Provinciam quolibet anno ad initium Januarij submittant Illustrissimo Domino Collonello Emanuli de Caraffo; et inclyte urbis=-tionis Siculorum pedestris Ordinis Limitanee Commendanti Calculum eorum dum=-taxat suorum discipulorum, qui inscripti sunt prefate militie in locis Csik, Gyergyo et Trisedibus, et hoc ex Ordinatione Regia, ideoque ad calcem Tituli a foris apponatur Ex Officio

10mo Patres Professores submittendo ad Capitulum vel Congregationem Calculum Su=orum discipulorum signent in fronte annum, quo Calculum emanavit, et ad=-Calcem Summarium suorum discipulorum, sicque subscribant cum dato loci Diei, et anni

11mo Qui Deo auxiliante aliquos reduxerint ad fidem non solum numerice submittant suis temporibus Catalogum Conversorum sedjuncta priori Ordinationes adscri=bant in Chartulam quis convertit? quo anno? quem? cujus Conditionis? etatis domicilij et secte ut ita libro Archivij Provincialis ad hoc preparato inscribi possint nominatim conversi per nostros ad futuram memoriam. Ne=-via in oblivionem abeat, Committo ut in singulis Conventibus et Residentijs Rdi Patres Locorum Superiores persententur protocolla et matriculas, libros defunctorum Seculatium per nos sepultorum. Item libros memoriales, et Scripta Patrum nostrorum defunctorum, et ex ijs describant quantum fieri potest nomina ellipsionariorum nostrorum et Calinam per eos ab antiquo, eti=am prior Seculo, et quo circiter anno conversi sint usque in presens cum indigitatione conditionis, etatis domicilij, et secte quantum innotescere pote=rit. Patres vero alij imo singuli instituant secum examen, et nisi jam in scriptis haberent, reminisci adnitantur, quo anno, quos, cujus conditionis, etatis et etc

Id fidem reduxerint, et ita Cathalogum a se subscriptum cum alijs literalibus instrumentis sine ulla dilatione ad futuram suam interim etiam congregationem submittant, hoc quoque quinctum notificetur omnibus Capellanis et Administratoribus Sororum existentibus.

Valete Patres et Fratres in Christo Dilectissimi, ac insufficientiam nostram Vestris precibus ac suffragijs fulcire mementote. Dedi S. Ignatij in Conventu nostro V-Claudiopolitano ad Rives Mercianas die 28va Junij 1777

Vester qui supra
Fr: Paulinus Bocskor
Min: Provin:

†

Reverendi Patres Loco Superiores in Dno Colendi!

Monitum.

Cum isthac tempestate varia Decreta, Rescripta Regia, Commissiones item expediantur ad Particularia Loca Nostra, partim ab Excelso Regio Gubernio, partim à Thesaurariatu vel Commissione in publico Ecclesiastico, aut alio Dicasterio; non nunquam etiam ab Excellentissimo Ordinario, aut Reverendissimo Domino Vicario Generali, per quæ petitur informatio de varijs; puta: de Conventu, vel Residentia, de Fundationibus ejusdem, aliisq; vivendi subsidijs et de Parœcia, Scholis, Seminario etc. cum itaq; pronum sit opinari à diversis particularibus Superioribus; diversimode submittenda fore responsa, ac informationes, in usq; quæ tangunt, non solum Particularia Loca Nostra, verum et afficiunt indirecte Statum totius Provinciæ. Hinc cum non omnes Loco Superiores norunt alior Loca Nostra, ac Provinciæ circumstantias, ampliori Consideratione dignas, quæ pro varietate istius evi turbulenti variantq, et cum nihil stabile sit, in clies variabuntq; idcirco, ne ex diversij, et fors Contrariantibus Particularium Superior responsis, oriantq inextricabiles difficultates, ac etiam confusiones, quæ finaliter in meæ redundabunt; ac insuper poterunt vergere in prejudicium particularis Loci, vel etiam Totius Provinciæ; monitos hisce volo RR. Patres Loco Superiores; quatenus, si quæ talia Rescripta aut Commissiones undecumq; dimissa acceperint; usdem probè perspectis adhibito Discretorij, ac alior quoq; qui norint Statum Negotij, Consilio, RR. Patres Superiores faciant Conceptum Responsi, ac mihi protinus, tam Conceptum hujusmodi, quam Rescripti, vel Commissionis ejusmodi Copiam unà transmittant; quibus visis, ac ruminatis, dein remittam cuiq; Superiori Conceptum vel intactum, vel si opus fuerit emendatum; quem postmodum terse describi faciant, ac expediant eo, quo petebatq; informatio; Copiam tamen sub Replica inserant in Originale Rescripti, aut Commissionis, ac pro futura Cautela diligenter reservent in Archivo Domestico; sicuti ne in oblivionem eat cautela hæc oppido necessaria, ijsdem Monitum, non solum Libro

Circularium

Circularium inscribatz: verum Singuli Superiores in distincto folio tersè descriptum habeant in Sua Theca Secreta Mensali: ac quilibet Suo Successori relinquat ibidem ad excitandam hujus mo„ niti memoriam. Dedi Mikháza 21. Xbris 1747.

Fr. Paulinus Boestor. Minister Provincialis Mpr.

Reverendi PP. Loci Superiores in Dño Colendissimi!

His diebus eo fine mihi communicatum ab Illustrissimo Dño Pro„ posito, ut ubiq; publicaret, accepi Intimatum, Sequentis tenoris:

Admdum Rde P. Provincialis!

Placuit Suo Smõ Cæsareo, ac Regiæ Apostolicæq; Majti Virtute Bnigni Sui Decreti Aulici, Viennæ 22a Xbris a. C. editi, ac per Excellsam Cõ Regiam Commissionem in publico-Ecclesiæ ordinatam mecum Communicati, Clementer ordinare, ut in omnibus Cõ Regiis Hæredi„ tariis Petitionibus Suis, in futurum omnibus sub gravi animadver„ sione interdictum sit, sine Expectanda Matrimonialis Dispensationis, absq; previo Altissimo Indultu Suo, personaliter ad Sedem Romanam recurrere, verum, ut omnes se cateniis cujuscunq; Status et Conditionis sint, ad Ordinarios Diœcesium convertere debeant; illiq; aut ipsi ejusmodi Dispensationes elargiantq; aut, si locum illi esse judicaverint, à Sede Apostolica eas obtinendi, et minima semper taxa desumendo rationem habebunt; prohibeantq; Clero tam Sæculari, quam Regulari ne partes similium Supplicantium apud Sedem Pontificiam agendas, vel promovendas in se assumant. Quam quidem Ordinationem — — jussus propono — Marosvásárhelyini 16a Xbris 1747.

Antonius Szerdai Mpr.

Isthoc itaq; Decretum in Publico legi curent, ne quemquam lateat: ac in Librum Conventum inscribi, et denig promoveri, tran„ scribendo etiam Patribus Capellanis. Dedi Mikháza 24. Xbr. 1747.

Fr. Paulinus Boestor
Minister Provincialis
Mpr

Fr. Paulinus Bocskor.
Ordinis Minor. Strict. obsr. Prædic. Provin. Transnica
S. Regis Stephani Min. Provincialis et Servus.

Dilectissimis in Dño Admi Rdis, Rvdis, Mvdis, et Vdis
Patribus, salutem, Pacem, ac Charitatis augmentum.

Petitam à S. Congregatione de Propaganda Missionum Profe-
cturam, unà cum facultatibus solitis, facile obtinuimus adhuc Men-
se Augusto; at ibi Posta periere: istæ denuò supplicavimus, quas
tandem percepimus his diebus; proinde, ante omnia præsentium vigore
Vice Prefectum Earum Missionum nominamus Admum Rdum P. Pro
vincie Emeritum, et Custodem Actualem Marianum Petexsi.
Ldo Rdi Salutem Animarum Communicamus præditas Facultates omni-
bus, ac singulis Patribus suis Titulis dignissimis, quibus Nostri Pre-
decessores Admi Rvdi actu viventes communicaverant, cum sui No-
minis subscriptione, et sub eisdem dantaxat limitationibus, sub quibus
iidem concesserant; qui autem præter hos inquirerint, se se insinuent, ac
visâ per nos eorum necessitate, obtinebunt. Cæterum denuò Monitos esse
volo omnes, ac singulos, ut sive gloriando, sive et alia causa non pro-
palent nos hâc facultate Missionum gaudere, unde caveant, ne nobis quod
quod satis inconsulte factum est; in Litterarum Titulo appeatur: Mis-
sionum Apostolicarum Prefecto, verum ejsdem Titulo omnes deinceps ab-
stineant. Valete Dilectissimi in Dño Patres, ac Fidum Animarum
ostendite tantâ fulti Authoritate. Dedi, et Sign. Medii Vma Februar. 1792

Idem qui Supra
Fr. Paulinus Bocskor Mpria
Minister Provincialis.

Fr. Paulinus Bocskor
Prædic. Minor. Strict. obsr. Prædicator, Provin. Transnica
Sti Regis Stephani Minister Provincialis et humilis in Domino
Servus.

Licet pro virium Nostrarum imbecillitate Servitii Ministerialis gravitatem
nimiam esse, palam profiteri non erubescamus; nihilominus; imperscru-
tabilem Divinorum judiciorum profunditatem attoniti venerantes, dum pensa-
mus, nostram tenuitatem, in nobis, tamquam ex nobis minimè fidimus: verum
ejusdem Superno Duetui nos plenè committentes, ne quopiam modo, infallibili ejus
Providentiæ, quæ humeris Nostris imposuit ipsius onus levari, reprimeri
prosperari confidimus, injuriâ ejsemus; post cætera Paterne Visitationis acta,
eò jam tempus esse Nostram conversi sollicitudinem, qui Sti Regule Nostro pro-
scriptum, ad potissimam Ministerialis Nostri functionem dirigit, ad Canonicam mi-
nimè Visitationem instituendam: Nemmem enim Sti Regulæ Nostro præ-
latet, quam strictè Divus Noster Legislator, Ministros, tamquam præpositos
tram Servos obligarit. Regulæ cap. 10. his verbis: Fratres, qui sunt Mi-
nistri, et Servi aliorum Fratrum, visitent, et moneant Fratres suos, humiliter,
et charitative corrigant eos.

Ut igitur huic strictissimæ obligationi Nostræ, quantum ab Alto Divina
faberit Gratia; pro qua impetranda frequentissimas omnium imploramus
preces; satisfaciamus; vigore præsentium, omnibus et singulis in Jesu
Sti viscribus dilectissimis Admodum Rdis, Rdis, Mvdis, Vndis Patribus
ac Religiosis Fratribus, imminentem visitationem Canonicam affuturæ primæ

Primo Intermedio Congregationi de jure, et consuetudine præmitti soli
tam, intimamus, ac denunciamus.

Quia verò Visitatio hæc, Dei Gloriam, Provinciæ Decus, ac vestrum omnium
Consolationem, et peculiariter à via virtutis, à semita Regularis observantiæ
atque à salubérrimarum Constitutionum præscripto aberrantium, admonitio,
quos eò dirigatur; hinc magno, ac Machabæico spiritu adhortamur
omnes, ut suorum confratrum defectus, lapsus ex humanæ fragilitate vel
mali genii suggestione irrepsisse advertibent, eos dumtaxat, qui nec dum
sunt correcti, ac emendati; sepositis iræ, odii, vindictæ cupiditate, ac gra
vibus aliis sinistris affectibus; sed Deum præsentem præ oculis habeant,
aperiant; nam justa monitum S. Augustini: Nec vos judicetis esse malevolos
quando hæc indicatis, quippe magis innocentes non estis si Fratres vestros, quos
indicando corrigere potestis, tacendo perire permittatis.

Ut autem quantum fieri potest, omnium Personalem nanciscì valeamus
præsentiam, Rvdorum Patrum Superiorum Localium exit obligatio, ut ad nostrum
adventum, omnes suæ Familiæ Religiosos, quilibet domi habere conetur, lon
giùs vero dispositis, ubicunq; locorum existant, prævia intimatione voluntatis
Nostræ, vicinioria visitationis loca designabunt ut et ipsi suas necessitates
personaliter exponere valeant. Ad hæc: Libros Rationum pro ventilatione
ac subscriptione; Inventaria Sacristiæ; Bibliotheca; Cappellectitiarum Dom.
striarum Protocolla; Uti et Historiæ Domuum Nostrarum Historiam
Domûs, ac res memorabiles à se conscriptas pro revisione exhibere
tenebuntur. Patres vicarii autem, ac Reli Patres Præsidentes, ultra
ea, quæ in Pastoralibus Nostris ordinaverimus, hi accepto sine mora in
visant in Sacristia Corporalia, num non reperiant; è tela gossipina
cum talia jam reperta sunt; quod si aliqua è bombacio contecta reperi
antur, protinus amoveant, ablui curent, ac consissa applicent pro Pur
ficatorio; quandoquidem Rubricæ, ac SS. Canones graviter præcipiant
non nisi ex linea tela adhiberi Sacra Corporalia.

Hoc spectat, quod multæ in pluribus locis palle reperiant, in inferiori
parte destitute parvo Corporali lineo, quod propriè habet rationem
palli, quâ tegitur pretiosus Dñi Sanguis; igitur tales quoq; palle
vestiantur subtùs parvo corporali lineo, utiq; benedicto; non sunt profe
ctò hujusmodi negligenda, quæ citra piaculum omitti haud possunt;
Si secùs, si defectus fuerit observatus, deinceps quoq; nullus queri poterit
se absq; prævia monitione, aut intempestivè, gravius quoq; fuisse culpatum.

Porrò, cum vicinarum Provinciarum, unde Lanam pro vestitura pro
curare solemus, perturbationem intellexerimus, atque indicia, belli in eisdem
futuri metum nobis injecerint, quod si segueretur, spes lanæ in estate, et
deinceps procurandæ nos deficeret, nisi prævè procuremus; at verò nec
Pannificina quidquam valet subministrare; cum et ipsa debitis onerata dif
ficultatibus, quibus vestitura isthoc Anno competeret, sive pro habitu, sive pro
tunica, aut Mantello, sive pro his omnibus, pretium reponi curent, ita, ut
sine mora consignare valeant Nostro itinerario Syndico tempore visitæ isti
us Canonicæ; quatenus nos, per benevolos Nostros Coronenses, Cibinienses,
ac alios, saltem in fine Aprilis, ac deinceps! antequam motus belli in
flammas erumpant! lanam procurare, aut de ea procuranda cautionem
ponere valeamus. Interim, hîc locorum reddimus RR. Patres Loco
Superiores, quod ijs, pro quorum vestitura pretium taliter anticipatè evol
vetur; pariter suo tempore vestitura pretio commensurata, sine defectu ipsis
ministrabitur, ex officina distractoria Cibiniensi, juxta Catalogum vestiendor
à nobis signandum, ac Rdo Patri distractori communicandum.

Quo quidem provisio ob angustias temporis ita instituta; negvaquam grava,
mini, quin imò levamini esse sperat RR. Patribus Superioribus,

dum anticipatis expungent debitum obligationis vestiendi suos subditos, quod tempore translocationis Capitularis exhibere tenerentur; quod profecto grave onus est: dum præterea omnes alias quasq; obligationes, puta: debitorum passivorum, famulitii solvendi; dimidiæ vestituræ pro annualibus micho loci etc depurando veniunt; / spondemus etiam, quod etsi contingeret quempiam è Familia Religiosa alicujus loci in Dño mori, pratium pro ejus vestitura destinatum acceptabimus pro alio superstite Patre, vel Fratre, nec patiemur ullius vestituræ pretium in pannificina interire; tandem providebimus, ut legitimo tempore quisq; obtineat nobam vestituram, ne dum nonnulli vix quarto Anno valent obtinere necessariam vestem, alii præter jus et fas ferè annuatim denuo novam usurpent vestem, non absq; murmure aliorum Fratrum, ac læsione Charitatis.

Hæ verò quispiam harum ignorantiam pro sui excusatione allegare possit, R.R. Patres Locorum Superiores, quamprimum has Intimatorias Nostras percipient, mox coram Communitate publice legi curent; Copiam Protocolo inscribi faciant; hasq; cum annotatione Dierum perceptionis, et promotionis subscriptas, per fidelem bajulum, aut alia secura occasione, ne devient, de loco in locum, juxta indorsationem promoveant, postremo nobis configurandas.

Valete Patres Lectissimi, et Fratres in Xto Dilectissimi, ac Precum Vestrar assiduitate, tenuitatem Nostram, apud Cœlestem Hispaniarum Patronum juvare memento; ut cum Salute, et Gaudio vos videre, salutare, ac peramanter amplecti valeam. Dedi, et signavi Mitchare, ad S. et Apostolicum Regem Stephanum. 13. Januar. Ao Dñi 1698.

Jelem. qui Supra.

Fr. Paulinus Boestor
Minister Provincialis Hung.

+

Revdi PP. Loror. Superiores! in Dño Colendissimi!

Salis gratuiti Regiam Eleemosynam profecto non ex præmeditata Sanctissimo Mattiis voluntate; verum ex alicujus aut aliquot Christianam Charitatem minimè redolente affectu, ac molimine, nuperrimis Annis Provinciæ Nostræ subtractam; tandem diebus hisce, accedente Benignissima, atq; adversariorum tetricum, ac barbarum animum vincente, Excelsi Ao Regii Consilii Thesaurarialis Tranmia, ad Thronum Augustæ Submissa, Nostrasq; humiles Preces comitante opinione, DEO sint Gratiæ! restitutam esse, præsentibus intimamus, ad mensuram in Schemate separationis his annexo taxatam; insuper, conformiter taxatæ Salis Eleemosynarii mensuræ, pratiani quoq; concernens Annum 1697. proxime præterlapsum, ab Eadem Augusta per modum Eleemosynæ restitui mandatur; Cujus quidem Cæsareo Regio Clementis Intimatorias Pratis Excelsi Consilii Thesaurialis Nomine emanatas, atq; ad me directas, in Segreti

Communico.= = = Sacro

Copia

+

Sacræ Cæsareo Regiæ Apostolicæ Majestatis
Thesauriariatus Nomine
Rdo Patri Paulino Boiskor Ord.
Minor. S. Patris Francisci Strictæ
Observantiæ Trānnicæ Provinciæ
Ministro Provinciali, hisce significan
dum.

Ad humillimas Pātis Vrīs Nomine Provinciæ sibi concreditæ Augustissimæ suæ Mātti porrectas preces, dignata est Eadem Altesata, Vigore Decreti Aulici sub 24. Mensis Jann. ārū. emanati, Benignissimè resolvere, ut Conventibus per Paternitatem vestram in Submissa certa Specificatione nominetenūs expressis, Sal Eleemosynalis, à prima Januarii Currentis anni inchoando, quemlibet Religiosum, et Famulum in Submissa Specificatione contentum, à 25. Libris computando extradetur; pro recenter praeterlapso Anno 1777. autem, competentia Salis cuilibet Conventui in Axe parato, exiga Quietantiam, titulo Eleemosynæ, exolvatur. Quemadmodum itaq; in hujus Benignissimæ Resolutionis effectum, concernentibus Salis Officiis, penes communicationem Specificationis p: in qua dam Conventus ad quodlibet Salis officium intuitu Salis assignati, quam etiam individualis cujusq; competentia expressa est i: Subro Decreto committitur, ut Anni recenter elapsi competentiam Salis cuilibet Conventui in parato Axe exiga Quietantiam, à prima Januarij currentis Anni autem, Salem in Natura exiga recognitionem Prioris Conventualis titulo Eleemosynæ elargiantj: Ita Patti Vrō quoq; hanc suæ Mattis Sacratissimæ Maternam Pratiam pro consolatione, ac eum in finem voluit intimare Regius Iste Thesauriatus, ut Conventus, suæ Curæ Commissos, juxta hic advolutam Specificationem, tam de eo, unde, quam etiam quantum de Sale quotannis obtenturi sint instruere, eōq; inviare possit, ut illi pratium Salis pro Anno præcedito pro 7. pertinentij, à concernentibus Salis officiis exiga Quietantiam levent, et recipiant. Datum è Cæsareo Regio Thesauriatūs Consilio Cibinii 19. Februar. 1778.

Ign. à Degelmann mpp.

Ignatius de Sterneck mpria.

Copia & Specificatio Segvit.

Copia

Specificatio

Hujatum Monosteriorū Franciscanorū, quantum videlicet se extendat eorum Domestica annualis indigentia Salis, juxta exhibitum personarum Numerum; et quid hujusmodi quantitas Salis in paxato Ære constituat.

Nomen officii Salis, unde quodlibet Monosterium suam competentiam gratis accipere valeat. //	Nomina Claustrorū. //	Personarum Familiæ	Personarum Famulitii	Personarum Universalium.	Pro qualibet persona veniunt Libræ Salis 25. //	Centenarium computando à 50. Xris. obtinguntur //		
		Capita	Capita	Capita	Centēn.	H.	R.f.	Xr.
Virakna	Cibinium	25	8	33	8	25	6	52½
	V. Hunyad	23	9	32	8		6	40
	Media	29	10	39	9	75	8	7½
	Fagaras	20	8	28	7		5	80
	Szászváros	8	6	14	3	50	2	55
	Szászsebes	8	7	15	3	75	3	7½
	Hátreg	5	5	10	2	50	2	9

Per Cāo Regium Camerale Buchalerium Officium in M. Principatu Transilvaniæ. Cibinij Die 18. Xbr. 1777.

C. S.

Honorius Fichter Buchalter.
Joannes Thorvesten V. Buchalter.

Vorte

H. Cal

Hæc est Tabella Eleemosynalis Nostris Locis Clementissimè applicata, quæ quantitas, etsi insufficiens videatur Annuali Domestico Nostro necessitati, attamen Singuli Nostrûm eò condimentò participantes, in Suis precibus ac Suffragiis grati sint erga Collatricem Sacratissimam Mattæm, ac ne defi-
camus in Sale, nullus Superior, aut Subditus præsumat vel frustillum
Salis cuiquam conferre; attendatur etiam, ne in Pistrina culina, area aut
alibi dilapidetur, vel furtò auferatur. Præterea monentur Singuli, ne inva-
niter gloriando, aliis, sive Sæcularibus, sive Ecclesiasticis, ac præsertim
altexius Ordini Religiosis, quantumvis familiaribus publicent istbæc Bene-
ficium; Interim Titulatos Dominos Salis Officiales congruò honore pro-
sequantur, uti conveniet humile Nostrum Institutum; ac proinde pro levando
Sale, à Religiositate et prudentia commendatissimi viri semper mittantur,
deficientibus Fratribus, etiam Patres, ne inurbanitatis arguamur; uti in quodam
Loco cum confusione Religionis contigisse fertur, videlicet, inurbane actum
cum Salis Officiali. Huic acceptis, quamprimum levari curent Salis compe-
tentiam, annotando Diem Levati Salis; nec deponi sinant Salem apud aliquem
extraneum, etiam ad breve tempus; verum è Fodina protinus domum
deferatur; Usus autem pro levando Sale, quietantiam, Superiorio Nomine
Subscriptam, ac Sigillo Loci munitam deferat, hujusmodi:

Quietantia

Super Centenarios Duobus, Libris 50. Salis, de Clementia Sacratissimæ
Mattis pro Hospitio Hatregiensi s: vel Conventu, aut Residentia N. s/
Ord. Minor. Strict. Obsæ, Eleemosynaliter assignatis, ac ab Ingo Salis
Officio Virahrensi in Sortem Anni 1748. s: vel N: s effectivè levatis.
In cujus recognitionem, hasce dedi, et Subscripsi in Hospitio
Hatregiensi. Die — Mense — — 1748. s: vel N: s

Solvit Cent. 2. H 50. (L S.)

Fr. N. N.
Ord. Minor. Strict. Obsæ Hospitii Hat-
reg. p.t. Præsid. s/vel Conventûs N.
Guardian

Denique, dum post necessarium usum Domûs, ac pecoris si defecerint duæ ter-
tiæ partes Salis hujus, ne protinus informemur, quatenùs, si non Suffi-
cere pro condimento totius Anni, de remedio cogitare valeamus,
Quod attinet refusionem pretii Salis, annum præterlapsum 1747.
Concernentis; ii, qui in natura acceperant, nullatenùs exigere pre-
sumant; quodsi sponte offerret à Titulatis Dominis Officialibus, ad evitan-
dam, quæ ex receptione segni posset, Confusionem Nostram, respondere pos-
sunt: se præterito Anno recepisse Salem; proinde, si moderna Salis
Eleemosynalis quantitas per annum non sufficeret, potius tunc rogatos
nos aliquid de minutiis; postremo, interpretando Fratribus Latè, ea,
quæ ipsos concernunt, hasce Protocolo inscriptas, sine mora promoveant.
Dedi, ac Subscripsi Egrtelnekini. 27. Martii 1748.

Fr. Paulinus Boeskor.
Minister Provincialis Ungræ

Venerabili Conventui Cibinienſi Notificandum.

Dignabatur Montanum Supremum Officium Zalathnense sub 20ma 9bris
et praesentato 2da 10bris ca: c: huic Officio Salinari praecipere, ut praelaudato
Conventui notitia detur, quod pro Anno Militari 1787. tenore submissa
Specificationis tam personarum quam peccorum Virtute altissimi Rescrip=
pti sub 12. Julij 1786. emanati non in pecunia, verum in sale eoquidem pro
una Persona secundum Normale 15. M. tantum, et pro 1. peccore 6. M.
in Summa. Quatuor: Cenl: M. erga Quietantiam Titulo Elemosyna
levandos habeat, qua Altissima Resolutio pro Notitia Statu praesenti=
bus Officiose Significatur. Hermanna Ala Decembrio 786.

Ioannes Hayszaszka
Salij Perceptor.
Antonius Conserva
Contralor

+

Fr. Paulinus Bocskor
Ordinis Minor. Strict Obsc. Prædicator, Provin. Transmont. S.R. Stephani
Minister Provincialis et humilis in Dño Servus:
Dilectissimis in Xto Admd. Rdis, Rvdis, Mtrdis, Vdis Patribus, ac
Religiosis Fratribus, Salutem et Pacem!

Superni Numinis, à quo bona cuncta proceduat, suaviter disponente Providentiâ inter viar. aerios asperitates, et pericula, Fideli Comite S. Raphaele, vestris Suffragantibus: uti confidimus: precibus, munus Canonicæ Visitationis ad eam perduximus Stationem, ut brevi finem intentum assequi" præsentiamus. Superest igitur, ut dum religiosa via Nostræ Semitas impigrâ sollicitudine: vitâ favente: prosequi contendimus, obtentâ jam, ac hisce diebus perceptâ Reverendissimi in Xto Patris Paschalis à Varisio Ministri Generalis longè solendissimi facultate, conformiter statutis Generalibus Ordinis, Nostræ Provinciæ Constitutionibus, locum, diemq; futuro jmo Intermedio Congregationi celebrando determinemus, ac quibus adesse competit, convocemus, ut quæ ad promovendam Majorem Dei Gloriam Provinciæ Decorem, Sancti ædificationem, et Singulor Fratrum Salutem, et consolationem attinent, in Charitate, animisq; consentientibus tractare valeamus.

Proinde Præsentium vigore, Pro Solemnio hujus jmo Intermedio Congressu determinamus, ac determinatum denuncciamus V. Conventum Nostrum Decs: eosdem ad S. Antonium Patavinum; Diem verò Anni Currenti 1778. Mensis Junii 6tum, id est Vigiliam Pentecostes, ad quæ ritè celebranda, imprimis peramanter invitamus Adm R. P. Augustinum Rapham, Almæ Provinciæ Patrem ter emeritum, ac Discretum perpetuum dignissimum. Admodum autem R.P. Martinum Petersi, Patrem Provinciæ Emeritum, et Custodem Actualem, nec non RR. Patres Definitores actuales, et R.P. Secretarium Provinciæ pariter actualem cum Salutari obedientiæ merito vocamus, et citamus ad Vesperas Diei 9de Junii Comparituros. Religiosi autem omnibus exceptis tamen Patribus, et Fratribus præfato Conventui ingremiatis, sub pœnis Apostasiæ accessum, ad prædictum Conventum, durante totâ Congregationis hujus tempore, inhibemus; nisi quis à nobis citetur, aut expressa Nostrâ facultate in Scriptis obtenta munitus existat.

Insuper R.R. Patres Socii Superiores in distinctis foliolis sequentia ad Locum Congregationis transmittere sub ducant esse obligatos: 1mo Humilem Suarum Officiorum resignationem. 2do. Extractum Introitus, Exitus et Remanentiæ Eleemosynæ pecuniariæ, accuratè confectum, ac à duobus Discretis authenticatum; distinguendo Eleemosynam pro ædificio destinatam. 3tio Juratam attestationem Missarum absolutarum, et absolvendarum, in forma Consueta authenticè confectam. 4to. Fructus Missionum, cum specifica expressione Nominum, Cognominum, et Neo=Conversor, et operarii. 5to Debita activa, et passiva, et quantum forte debitor sit Locus Noster Propter expensam Eleemosynam pro ædificio destinatam, in alias Necessitates. 6to Specificationem victualium, quantum videlicet de omni specie reperitur tempore calculationis. 7mo. Proventum Capellaniarum in ore, et Natura. 8vo. Conscientiosum attestatum de persoluta octiduana recollectione Suorum Subditorum. 9no. RR. Ss. Lectores, calculos suor discipulor 10 PP. Professores, Scholarum numerum, et calculum Juventutis Scholastic. 11mo Instructore Asceseos Conscientiosam informationem de Fribus Laici, an, et qualiter Asceseos frequentarint? 12mo RR. PP. Directur Parochiæ, et Distractor Parmi Rationes suas accurate confectas. Postremo admonentur RR. Patres Superiores,

Superiores, qvatenus, antequam concludant sationes suas, eis, qvibus jn dicto Diœcesano Subministrarda est dimidia vestitura; hac respectu cujus vij personæ, singillatim ad chartulam, vel telam compshibetur, sigillentur, ac Schedulæ appensæ notetz, in qva et Nomen Patrij, vel Fratrij, et qvantum pro qvo genere vestium sit inclusum, signetur; ac ita ad Cœsam Conventus, vel Residentiæ exponatz, nec tradatz cuiqvam, et si contingat plures à loco dimoveri.

Ut autem Spiritus S. assistentiam pro Nostra directione, ac felici agendor successu, omnium qve vera consolatione impetrare valeamus, præsentibus volumus, et ordinamus, ut à die promulgationis Harum Convocatariar, in Conventibus post Laudes et Vesperas, in Residentiis verò post ordinatas, et solitas orationes mentales, Hymnus: Veni Creator Spiritus, cum Conqueti versiculj et Collecta dictim de votè personatz. Ipsâ verò die Congregationis in omnibus Conventibus, et Residentijs, qvantum fieri potest mane hora 6ta, una Missa de Spiritu S. solemniter decantetz; sub qva Fratres omnes præmissa Sacramentali Confessione, qvam hac vice indulgemus ijs, benè, simul devotè communicentz; Patres verò singuli in suis Missis faciant collectam de Spiritu Sto.

Cæterum RR. Patres Loci Superiores, qvam primum has perceperint, coram communitate publicari faciant, ac Protocollo inseratas, more consveto annotatis diebus perceptionis, et promationis de loco in locum fideliter promovcant, in defectu Postæ, etiam per bajulum particularem. Deus, et Signavi Vr. Claudiopoli ad Nives Marianas 6va Maji 1778.

Idem, qvi Supra.
Fr. Paulinus Boeskor
Minister Provincialis Mpria

Reverendi PP. Loci Superiores!
in Domino Colendissimi!

Recens accepi Commissionem Regio-Gubernialem sequentis tenoris:
Sacræ Cæs Regiæ Apostolicæ Majestatis Archi Ducis Austriæ, M. Principatûs Transilvaniæ Siculor Comitis, Domino Domino nostro Clementissimo Nomine.

Reverende ac Religiose Pater nobis honorande, Salutem, et Gratiâ Cæs Regiæ Incrementum. Ab eo Tempore, à qvo benignitate sua Matias Sacratissimo, Clementissimè indultum habetz, ne ob incomoditatem Libri ijs, qvi ab exterio Orbe adveniunt, sed Catholog. duntaxat eorum Commissioni Censorie exhibeantz, graves niminum, et Sacratissimæ suæ Mattis intentionj, circa eor revisionem obtemperantes irrepsere abusus, vix enim ex üs aliqvi, qvi libros introducunt, Catalogos eor submittere observantz; Jvtmodumodum igitz Principatoribus sub Rodiano suâ vià injunctum habetz, ut serio attendant, ne libri in Principatum hunc introducantz, qvm prius Catalogus eor Albinium submittatz, obsignatis interea Cistis apud officium Principale remanentibus, ita etiam R. Pratione vestro, hicce committendum duxit R. Gubernium, ut üs, qvi ejusdem R. Prationi vestro loco concrediti sunt, notum reddat, ut qvicunq; libros ab exterij Orbi in M. hunc Principatum introducerit, Comitiensiter se cum

cum officio Tricesimali habendo eorum Catalogos Commissioni Censoriæ exhi-
beat, secus enim si faceret deprehendendi, non solum in facto deprehendendo
sed et post etiam omnium librorum suorum confiscatione gravem, si deorum fuerit
absq; omni conniventia punietq. Sic factum. Aldefata Sua Majestas
Sacratissima benigne propensa manet. E. Regio M. Principatus
Transil. Gubernio Cibinii 25ta Maji 1778.

Ba. Bruckenthal.

Carolus C. Teleki.

B. Antonius Josika. Secretar.

Quam ideireo Vestris Paternitatibus Communico, ut publicent toti Communitati Religiosæ; itaq; si contingat, vel alienii sponte mitti libros, aut procurari et industria dum appulerint libri, referrent sub sigillo Tricesimali, sub quo missi sunt; inclusa catalogum Librorum, seu Copiam confignent Tit. D. Tricesimatori, aliam copiam Catalogi mittant R. P. Procuratori Provin. eò fine, ut i promoveat negotium apud Commissionem Censoriam ne diu differatq; negotium, si secus fuerint, ac oportuerit orientq; vel confiscatio librorum sequatq; damnum, ac pœnam quæ sibi ipsi adscribere debebunt.
Pedi et subscripsi Decsini 25ta Maji 1778.

Fr. Paulinus Bocskor
Minister Provincialis Ultrs.

Rivdi P. P. Locorum Superiores Coldmi

Commissionem E. Ri Gubernij his diebus percepeam, Communico, qvd sic habet.

3480 Laz. Com. Regia Aplica Mattis A. Ducis Austriæ Magnis Transil. et ficulæ Comitat. Und. Und. Rdd Clementissima nomina.

Rvde, Nobis honorande, Salutem, et Grad. Regiæ incrementum. Cum sua Sma Mattas in submisso sibi protocollo Inclitæ Commissionis librorum Censorialis observaverit, qvod in Catalogis Librorum Authores, editionis locus, et annus plane non, vel saltem minus clare exprimantur; istud in benigno suo, sub 10ma junii Currentis anni exarato Decreto Regio Clementissime Corrigi jussit; qvemadmodum igitur E. Thesaurariatus sub hodierno requisitus ejusdem Dnationi Vrdi Commissionem duxit Ri Gubernium, ut omnibus individuis jurisdictioni sub subjecti Libros ab exteris oris inducentibus ad noticiam perveniri faciat, ut impostorum tam ipsi, tanqvam Librorum proprietarii qvam illi, qvi ab officiis Tricesimalibus immediate Libros invectos ad Censuram mittent, prædictæ Authorem, et inscriptionem Libri, etiam Locum et annum accurate exprimant. Sic facturo Altesse Sua Sacrima Mattas benigne pro pensa manet. E. Regio Mi Principatus Transil. Gubernio. Cibinij 25ta Junij 1778.

Ba. Bruckenthal. Gub.ll.

Carolus C. Teleki
Cancell.

B. Anton. Josika.
Secretarius.

Quam præmissam Commissionem in Communicata publicari, protocollo inseri ibi et observari curent.

Dedi Thoroczæ 14 Julij 1778

Fr. Paulinus Bocskor Minr Provls mpp

Reverendi P.P. Loco Superiores in Dño Colendi.

Præterlapsâ Postâ accepi Excellssimi Dñi Præsulis Literas, quibus intimat, Sacratissimo Mattei innotuisse, non nullos Religiosos contra institutum Methodi Docendi minùs decentibus, ut expressionibus, hâcq. ratione illius introductionem abalienare, ut animi difficiliorem reddere; hinc requirere dignatum me, ut Religiosos Provinciæ nostræ, qui ad propagationem hujus instituti multum conferre possunt, ab ejusmodi in vulgus spargendi sermonibus seriò dehortarer: ac insuper, ut Religiosos nostros in hac Methodo instruendi procurarem; denique, ut juberem quatenùs Nostri Religiosi Parentibus adolescentium obligationem suam in memoriam revocent, ipsos verò adolescentes et Pueros per demonstrationem utilitatis ex his Scholis in ipsos redundantis ad diligentem frequentationem excitent. etc. Quapropter hisce intimo benignam voluntatem Sacratissimo Mattei, cui, ut per omnia morem gerant Nostri Religiosi, volo; ac inter cætera sub gravi animadversione prohibeo, ne quidquam censurare præsumat ipsthanc Methodum docendi; ac ideo R.R. P.P. Superiores attendant, ne sui subditi, sive publicè, sive privatim in contrarium quidquam loquantur, ac ejusmodi loquentes impunè esse non sinant, quod si quis defectuosè in his ita fecerit, ut nec nostra monitione nec Superioris localis vigilantiâ contineri queat; necessitabor talem Sua Excellentiæ Ppali manifestare ut ita indignationem Sacrssimo Mattei contra Provinciam nostram evitemus. Has inkrea publicatas, ac Protocollo inscriptas curent, quo promovebunt ad rectum vicinorem. Dedi P. Hunyad 6ta Januarii 1779

Fr. Paulinus Bocskor
Minister Provincialis mpp

Frater Paulinus Bocskoi
Ordinis Minor. Strictioris obs. Provinciæ Transmontanæ
Stæ Regis Stephani Prædicator, Minister Provincialis
et humilis in Domino servus.

Dilectissimis in Christo Patrib. Rdis, Rdis, Abbatib. Vdis Patribus, ac Religiosis Fratribus, in Pro Salutem, et Seraphicam Benedictionem.

Superùm auctore, absolutis iis, quæ ab Intermedia Prima Congregatione in rebus tam prosperis, quam adversis, Paternam concernebant visitam, non juxta minùs, quam officii impellit ratio, ut iterato vadam, et videam, si cuncta prospera sint ergo Fratres, animumq. in eo præcipuè intendam curæ, ut dispersionem, quæ inter Fratres, Religiosam turbarent pacem, et Charitatem, semina tollam; Scandali, ac offensionibus aditus præcludam, et

+

et virtutes, si quas pro majori Dei Gloria, Almæ Provinciæ decore, Regularis Observantiæ incremento necessarias fore cognovero, implantem: ut quibus una Fides est, unus Pater Seraphicus Franciscus, una Mater Sta Religio, unumq; vivendi Regulare Institutum fiat etiam Cor unum, et quo cultûs divini, Pietatis, Regularisq; observantiæ in omnibus concors sit etiam actio mentium nostrarum.

Quam in finem veniam ad vos Patres Lectissimi, Fratresq; in Christo dilectissimi, omnibus omnia fieri cupiens: veniam autem, non in sapientia Carnali, aut in Partis humanæ Sapientiæ verbis, sed in Simplicitate cordis, et in Sinceritate Dei, ut Paternæ benignitatis finum omnibus aperire valeam.

Proinde Præsentium Intimatoriarum Circulatione, pro secunda Intermedia Congregatione, futuram Visitationem Canonicæ ne imparati inveniamini, hisce denuncio et mitto unum quemque obtestando, ut ea singula, quæ Gloriam Dei, animarum Salutem, ordinisq; Nostri Seraphici honorem, ac Almæ Provinciæ decorem, et incrementum augere possunt, plenâ Sinceritate, tamquam Filius bonus Patri, vere, et conscientiose, quæ rationem redditurus, Summo in die Extremi Judicii Visitatori, juxta Regulam Evangelicam mihi patefaciant, et signanter circa defectus Corrigendos, serio adhortor omnes, ac ab omnibus obsecravi opto, ut eos tantummodo, qui necdum sunt correcti ac emendati, sepositis quibusvis sinistris affectionibus, ex puro Fratrum correctionis amore, mihi sincere aperiant, ut ita, si quidpiam corrigendum, ac emendandum occurrerit, prò muneris mei ratione medelam ferre valeam.

Porrò, ne ullus queri possit, quod propter absentiam suam necessitatis suas exponere non licuerit, nec prohibeatur alicui ansa querulandi: quod non habuerit occasionem, coram se expostulandi; decrevi, P. Patribus Superioribus Localibus hisce mando, ut præsentibus perceptis ita Subditos suos dirigere conentur, atq; à remotioribus remissionibus, contineant, ut in adventu meo circa eos, qui sunt è præmio cujusvis Conventûs, aut Residentiæ proscitos habere valeam: Patribus verò Capellanis à loco ipsis intimabunt, ut ad vicinora loca tempore visitationis se se conferre studeant.

Ad hæc vero, ut quæ circa Religiosorum ordinum homines Sibi huic Suo, et arduo vocationi respondere possint, non Gratia Dei solum, verum et Cooperatio singulorum ordinis membrorum, qua et Regulas perfecte adimplendo, et Consilia Evangelica nulla contrahia adimpleant, eo magis desideratur, quo difficilior hac omni obligatio post hac, tam solemnem votorum Professionem, utpote perpetuam, neq amplius revocabilem, eradit. Cui ut aptum non sit, nisi qui ita intelligit, quæ perspicacitas intellectus, quæ matura deliberatio, et sui ipsius probatio hac in negotio requiratur, cum semel in vocatione aberrare, aut fundamentum institutionis illius segnetia ponere nefas sit, quas absque matura deliberatione, improperantibusque sacris Statutis, amplius haud mutabilis electio in præjudicium tam Religiosorum ordinum, tum ipsius quoq Cleri adducere solet. At vero:

Hanc in negotio tanto ad bene eligendum perspicacitatem, non omnibus hominibus desiderare possimus, quam intellectus ad sui ipsius proprium assecutus maturitatem, capaxque per experientiam evaluatur, ut negotio tanto dijudicando obnoxio sapienter eligendi. Et e contra gravi facile non est, ut durante spe, in perpetuum sibi providendi; alia, apparentibus vitæ commodis, mentis ejus æternis objectis alleata, se se cujusvis obligationi in perpetuum subjiciat, Cujus tamen ejusdem non poenitendo subjici Regiæ Statui Suo, quem elegit, minime contenta, tristitiæ omnis se se segregis exponat.

Ut igitur subditos nostros in omni, quantum fieri potest, statu contentos, felicesque conspiciamus, bonum Religionis et Cælestis, nec minus felicitatem ordinis Religiosorum promoveremus, præmissa matura deliberatione, de plenitudine potestatis nostræ, circa subditorum ad Regulam solemnem votorum, Professionem faciendi capacitatem sequentia clementer ordinanda duximus. Ut

Primo

Primo: Nemo Subditorum nostrorum utriusque Sexus cujus-cunq; Status, et Conditionis sit, ante Completum 16tum aetatis suae Annum Seu Clericus, aut Layeus Conversus, seu Laica aut Chorales Monialis, ordinis Religiosi Professionem vel Solemnia Religionis vota emittere audeat. Adm hijce

Edo: Et parte una voluntatem Secularium Subditorum nostrorum sin hoc duntaxat vocationis Negotio ad Regio Primajali Posthac ad mod dictos Annos Omnino restrictam scire volumus, Altera ad parte mandamus, ut nullus Ordo Religiosus, Quamcumq; Institutionem, et emptionem aut aliq; Prerogativam pretendens, ab inde Exempty habeatur. Intuitu vero Ingressus in Ordinem Religiosum, nullum quidem tempus determinare volumus, Attamen

Tertio: Ordinamus, quod si quis in minoribus Annis suscepti Candidatus, Aut Candidata Ante emissionem talibus ad 24 Completum Annum extensa Professionis, Dencq; cum intenderet eo tunc Ordo Nec titulo Intertentionis ejusdem pro tempore transacto in Claustro Morel aliquid exigendi, neq; ob inde quidpiam pactendi aut sibi Appropriandi ullum Jus et potestatem habere possit. Quod si vero

Quarto: Superior quis Regularis, Superiorissa, aut Religiosa Communitas Denignum hoc Mandatum transgredi, et quempiam Ante Statum decretum ad Professionem admittere pergeret, eo tam pro gravi taliter Professo Candidato Provincia in communi, Aut Domus Religiosa p. si suscepto, aut Professio ad locum facta Et si in particulari, ipso facto in Poenam Pecuniariam 3000 florenorum incidere habebit, qui pro intertentione Pauperum a Religiosis bona Possidentibus Actuum Praeclusione temporalium, ac alijs Ordinarij Mediis Coactivis ad eorum expensas per Fiscum Nostrum Desumendi sunt, Tertia parte Sacheum denunciantis attributa. Quae Autem et Eleemosina Viventibus Mendicantibus potissimè intuitu Collectuza et Continenti in Poenam interdicenda Et de insuper Contra Prohibitionem in Quamcumq; Religionem admissus Professus Protinus ad Seculum tamdiu remittendus, quoad usq; hic et Ordo tam intuita in integrum attingenda Aetatis, quam Dispensatione Personalitatis omnes praenotatas Conditiones perfecte adimpleverit, quam

Quinto: Professio in prescripta ad praesens Completa Aetate edita non fuerit, tamdiu Candidatus utpote subjectum Seculare, omnibus Prerogativis Juribus Seculazium gaudeat, ita quidem, ut Ordo Religiosus in quo sors ad Seculum recte omnia, et singula quae Ordini sub quovis Nomine intuitu expedientis ob

venerunt

Venerunt, sine minima relentione restituere teneatur. Regy etiam in Casu, quo quempiam ante professionem mori contingeret, erga legitimos succedentes in bona defuncti observandum habeant, cum igitur

Sexto: Nihil facilius sit, quam ut Superiores Religiosi haec pro glorificatione suorum Ordinum, et multis alijs salutaribus effectibus Ordinatam prescriptionem ad Amussim secundum debitam Obligationem observent, ideo nos quoq; Deliberatum habemus in inspersato casu transgressionis in Contemptu Statutorum Nostrorum eo sensibilius animadvertendi, atq; hijce egregie prelectum esse volumus, ut Superiores Religiosos praelaudatis Punctis secundo deliberate contravenientes e Ditionibus Nostris Hereditarijs omnino Emigrent, Bonis autem talis Religiosa attenta circumstantiarum Gravitate, et repetita transgressione totalem sui sublationem operiendam habeat. Cet.

Omnimode meminerint Nostri Regnor Statibus, Fiscalibus, Regijs Judicibus, et alijs officialibus super accurato Complemento legitimae hujus Ordinationi Vigiles, et attentos esse, ut contra omnem quidem spem, attamen forsitan obtinentes transgressionis casum tales quoties Nostrae Sacrae Regiae Bohemico= et Austriacae Cancellariae Aulicae Circumstantionata cum informatione pro Nostra Notitia submittant. Vienae 17. 8bris Anno 1770. Jam:

Dilectissimi Patres, et Fratres Regia haec Ordinatione nos pro futuro ligari nullum quidem dubito, verum pro praesenti dolentissimi animo de non nullis professis Provinciae Filijs Conjuges Legor id, quod olim Jeremias in suis Nenijs de Urbis, Templi, et Populi ruina plangebat, Cap. 4. dicens: Quomodo obscuratum est Aurum, mutatus est Color optimus, dispersi sunt Lapides Sanctuarij in capite omnium platearum. Filij Sion inclyti, et Amicti Auro primo, quomodo reputati sunt in vasa testea? Scripsi enim vero per Annum Omnes Ministeriales Nostri decursum jam audire et experiri debui, in tantum eos esse non nullorum mentes, ut Mirum non sit si dum lugeat Antemurale Regula Nempe, et Ordinis Statuta, Mures pariter lacrimal et Despicatae, idest ipsa Religio Legi lectus vastata, et patent praedae, Nos vero dum per inverentem daxitiem peccamus, ab irreverentibus quoque daxitiae torqueamur.

Sunt quidem non pauci Almae Provinciae Nostrae Alumni qui terrena sapientes, ac proprij, et Mundi Amorij studio omnem conscientiae remorsum suppriment, Principale Regulae Praeceptum de non contrectandis denarijs, irreligiose vilipendunt, atq; Dominorum more ijs utentes proprietatij stellere se implicare non abhorrent. Sunt alij qui vetuscij moribus suis, quelcung bona ortiantur, sic eas gradatim

fortitudine

foeditatem, et rubiginosa hypocrisi sub religioso habitu tenebrosi omnem subordinationem coercere student, de divisione animorum, et abominanda discordia Evangelium simul, et Regulam contemnunt. Sunt item, qui pravis affectibus, et concupiscentijs carnalibus frena laxantes, omnem S. Ordinis disciplinam conculcant. Sunt demum, qui Professionis suae, et Maledictionis S. P. N. Francisci immemores, pessima, et scandalosa conversatione intus, et foris confundant, et destruunt, quod alij verbo et exemplo aedificant. Et hi omnes ed eo vel maxime, quia dum prius non nisi timore poenae in observantia regulari conservabantur, modo frigere statutorum, et praecipuè carcerum poenâ restrictâ omnia sibi impune licere, et ad gradus perpetrandos se liberos esse perperam persuadent. Verùm huic falsae, et nocivae persuasioni pro muneris mei ratione occurrendo, aliam Ordinationem elegimus tam carcerum sublationem, quàm accessuum coercitionem insinuantem pro eorsum omnibus, et singulis communicandam duximus in hunc verba:

Quia in Claustris, et Monasterijs existentes formales, et poenales Carceres supremo strictu Majestatico, concessitq à Deo terrae Principi Potestati magno praejudicio esse advenirentur, ideo Majestas Caesarea omnes idmodi carceres tollere clementer praecipit. Relicta tamen huiusmodi carceribus potestate paterna ergà inferiores Confratres suos correctione adendi eà cum modalitate, Ne ulla Religiosa Persona ultrius, sed alio, quàm in Mundo aliqua cellis Religiosis persimili cubiculo seu correctionis, seu custodiae causa recludatur, jejunijq non nisi alternativis diebus, et cum cibarum abstinentia valetudini haud nociva pro poena imponantur. Quod si autem Religiosus quispiam ejusmodi se delicto obstrinxerit, quod exilio, perpetuo carcere, aut planè mortis poena vindicari deberet, eo casu obligabitur Superior Ordinis delinquentem talem Diocesano Episcopo mox deserere, qui deinceps, quid cum eo agendum sit, judicabit.

In hujus igitur Ordinationis Regiae stricte scitaeque conformitate omnibus Reverendis Patribus Conventuum Custodiae superioribus praesentibus seriò committo, ut in Conventuum suorum tractu superiori cubiculum, seu cellam unam honestam Patribus seriis ante senestum, et vectem, qui non nisi à superioris aperiri possit, muratam fabricarent, quo similes excessivi Fratres, qui sacramenti, quo se Deo religarunt, oblivi, bonum odorem, et famam Religionis, ac Provinciae Matris sue obfuscare delectantur, aptè recludi, et pro condigna se excessum suorum coercere possint. Seriò autem Vos Patres Locorum superiores admoneo, et per Deum obtestor, ut sui, si prout in Conscientia obligantur, Aequissimo Judici aliquando strictissimam rationem una mecum reddituri, et sedulò invigilent,

omnem

omnem occasionem pro possibili tollant, multas vagationes et confabulationes, precipue cum personis seculiaris status ingrediantur et ipsimet vocent, scandalosos bibulones, oppertune importune mortificando carnes, ut spiritus salvus fiat, coerceant et regularem disciplinam infracto, et Machabeica spiritu manutenere satagant. Quodsi vero quempiam in aliqua circumstantia suspecta, aut alias scandalose conversantem, aut regule observantiam proprietatis vitio infringentem deprehenderint, et ij paterne semel, alterave vice admonitus respicere neglexerit, me illico sequa eo instrumento, qui ecclesie forcipem evasere sit poenam, poterunt tamen oppido severam animadversionem nullatenus effugiet.

Via autem pluximum mihi fuit interest, Num Rdi Patres Vocem superiores per decursum Anni Ruju fideles se dispensatores, aut forte dissipatores, vel avaros fenoratores exhibuerint, hinc ab omnibus fidelem, et conscientiosum Munerij sui rationem exigere, omnia, que alias ad Capitulum Provinciale, aut Interne Diam Congregationem mitti consueta erant: Uti Status, Introitus et Exitus, Eleemosine, Pecuniarie, Resignatione Officij solummodo excepta, non quidem in distinctis Chartulis, authentikata tamen que authentizari solebant, ad M. Mensij 8bris A.C. indispensabiliter mihi huc Cibinium submittere nullatenus intermittant.

Idem volo, ut his Ordinationes Regie, et mea omnibus et singulis istius, et foris existentibus, ne vel unicus ignorantiam in casu transgressionis pretendere queat, nota fiat; quare in hoc intendant Rdi Patres Vocum superiores, ut Administratores, et Capellanos huic familie aggregatos tempore publicationis harum presentes habere possint aut saltem ex Protocollo cui eas inseruntur, ijsdem que Actuj legendas exhibeant remotioribus autem in Patribus submittant, ac Cajaj sive per se, sive per alium pro Cajatus idiomate interpretari curent. In reliqvo

Valete Dilectissimi Patres, et Patres et Vocationis Vestre tempora Memores quotidie recogitate, Nos hodie religiosum studium adhibete, ut vel sic coepta voluntati fortitudo succedat. Pro bono autem communi tam Ecclesie, quam Provincie Nostre, ac pro me misero servo Vestro Jesum et Deum precibus adorate, ut Divina Benignitas Clementer mihi, salusti Vestre intento largiri dignetur, quod mea infirmitas negotiis obtinere. Datum et signatum in Conventu Nostro Cibiniensi ad S.P.N. Franciscum die 12a Mensis Septembris Anno 1786.

Idem qui supra
Fr. Nazarius Szama
Min. Provincialis

Fr Lazarius † Slama

Ord. Min. Strict. Obs. Prov. Franc. S.

R. Stephani Ministr. Provin. et Famil. in Dño Servus!

Dilectissimis in Christo Fdis Rdo, Rdis, Mdis, Vdis Patribus et Charissimis Fratribus Fratia Dei per Jesum Christum Dñm Nostrum!

Dum non tantum Sole in Sua Orbita denuo ascendente nova dies capiunt incrementa, et novi cum novo lumine orbi accrescunt benigniores influxus, novus itidem toti naturæ redit vigor, nova, et proliciora terræ novi virores assulgent Spes; verum etiam, quod non minus post lapsum tot Seculorum retro, ac novum est, postquod novo, et inaudito prodigio Virgo peperit Filium, Salvatorem Seculorum, ipsum Regem Angelorum, Novi Testamenti Mediatorem, imo Conditorem, et novæ Legis Dictatorem, qui de Semetipso in Psalmo C.V. testatur dicens: Ecce Nova facio omnia. Adhuc nimirum Novum, per novos Incolas de humana gente apostatas Angelis mihi Substitutos, terram novam, per introductum novum Spirituale Regnum, novam fundatam Ecclesiam. In hoc ingens novo quoad Naturam, et Gratiam Ordine, quisquis non dignum, et justum erit, ut et nos, qui novi hujus regni filij, et novi Regis Christi aulici, et intimiores Ministri sumus, ut et nos ingens renovemur Spiritu mentis nostræ, atq; deposito veteri homine induamus novum, et in Novitate vitæ ambulemus? Nunquid non renovari Nos oportet, et quidem juxta eandem Mensuram, quam Ephesij sui Cap. 4. præscripsit Paulus Apostolus? dum enim a Versu 17 usq; ad 24um eosdem hortabatur, ut jam non ambulent sicut Gentes ambulant in Sua excitate, sed deponant secundum pristinam conversationem veterem hominem; qui corrumpitur secundum desideria erroris, addit V. 23tio.: renovamini autem Spiritu mentis Vestræ, et induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est, in justitia, et Sanctitate Veritatis. Et profecto renovari Nos oportet Spiritu mentis nostræ et induere novum hominem, ita nimirum: ut qui vobis nos Hominibus Supremo Numini religavimus, Deo, et Dño Nostro non qualemcunque tepidum, segnem, et inertem, sed sorte fervidum, alacrem, studiosum

Studiosum et Fidelem, in minimis, Ogor ac maximis famulatum Præstemus, atq ut Vita Nostra domesps et moresq, fervor, et alacritas Spiritus, Statuq ad quem vocati Sumus, Sublimitat: Votorum, quæ nuncupavimus, perfectioni, Dei cujus Servitiij nos devovimus, Suprema dignitati, ac Majestati correspondeant. Verum, In Visceribus Jesu Christi Dilectissimi Patres, et Fratres! Reflexionem hanc Spiritualem de renovando spiritu mentis nostræ, et induendo novo homine, non eam solum ob causam præmisi, quia et tempori, et proxime celebratæ Reparationi nostræ Solemnitati conformis est, Verum etiam eo præcipue ex capite, quia id, ob quod eum dolore animi in ultimis meis Epistolis de Nonnullis Provinciæ filiis cum Jeremia conquestus Sum: Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi Sunt Lapides Sanctuarij, idest Sacerdotes, et Levitæ juxta glossam filij Lia molliti et amicti auro primo quomodo reputata Sunt in Vasa testea Non ita occultum esse potuit, ut ipsum etiam Orbem Latuerit Subexinum Regium, quin imo instruxit eidem, dum ordines ad me dedit, quos omnibus, et singulis per eosdem communicandos dudum segregatis teneris;

Sanctæ Sedi Regiæ, et Apostolicæ Matri, et Duci Auctori Magni Principatus Pyramidis et Speculorum Comiti Dno Dno Nostro Clementi Divina Nomine P. Provinciali Franciscanæ Ad Exercitio Plana intimandum.

Relatum est, apud Eosdem Regulares in Uno alterove loco Claustralem disciplinam ex toto eversam esse, et communis incipit esse gerula, quod Religiosi Claustrorum Superioribus nec competentem respectum, nec debitam obedientiam, et Submissionem exhibere velint, ac oblinde tam in Pagis, quam in Civitatibus sine licentia Superiorum liberè divagentur, apud Seculares diutius commorentur, et non nullas indecentes cum Claustrali, et Religiosi hominis vita non usquequaque componibiles actiones, quas honori Religionis parcendo, ex toto detegere nolumus, cum Scandalo piorum Christianorum exercent, quin imo etiam in Claustris ipsis Superiores Separatam mensam habeant, ubi sibi noctua epulenta, et poculenta quam Cæteri utantur, indulgent, et plures Similes instituto suo adversas actiones, et degenerationes committant; Primoquam ad severiora procedatur remedia Obligatum se videt Subexinum Regium, eidem Patri Provinciali injungendi

Injungendi, ut Subordinatis ordinis Religiosos ad suam veram, et piam vivendi Regulam reducat. E Regio M. Principatus Tzamiæ Gubernio Cibinij die 24ta Novembris 786.

Carolus C. Teleki mpp

C. Joannes Mikes mpp

Jam his Excelsi Gubernii Regii ordinibus attentè perpensis, et conscientiosè ruminatis, quid vos Dilectissimi Patres, et Fratres agere condecebat, equi dijudicate. Nunquid inconcinnè hijmeij admonitoriis prælusi verbis ex D. Paulo mutatis: Renovamini Spiritu mentis vestræ, et induite novum hominem? Aut nunquid indebitè ab eis, qui Spectaculum facti sunt mundo, et Angelis, et hominibus, requiritur, ut reformati in novitate Sensûs, quotidiana renovationi mentis Suæ studeant? Utinam omnes ii, qui Professionis Suæ, et Maledictionis S.P.N. Francisci immemores, pessima, et scandalosa conversatione Sua intus, et foris confundunt, et destruunt, quod alii verbo, et exemplo ædificant, conbideratè perpenderent, quomodo Spectaculum facti Simus hodiè, nullus dubito, quin resecando vitia, quotidie, et indefessè mentem virtutibus renovare studerent.

Voluit fortasse D. Paulus verbis illis 1. Cor. 4: Spectaculum facti Sumus mundo, et Angelis, et hominibus: quæ Religiosis jure merito applicari possunt: alludere ad Spectacula illa Gentilium, in quibus homines feris objiciebantur, vel in Ludo gladiatorio ad invicem gladiari, et occidi permittebantur, quod idcirco à toto Circumspectante populo Spectacula dicebantur. Religiosi etenim tentationibus Diaboli, tanquam feris, plusquàm Sæculares in hoc Mundo objecti, ob perfectionem Statûs Sui, pluresque obligationes, magis pugnare habent in Stadio cum Mundo, Carne, et Diabolo. Sunt ergo Religiosi Spectaculum objectivè, seu in Spectaculo positi coram tribus, ut ità dicam personarum generibus, Mundo scilicet, Angelis, et hominibus. Verùm, quomodo in illis Spectaculis Gentilium diversi ex Spectantibus diversos induebant affectus, alii nempe crudeli passione affecti applaudebant, cùm hominem à fera

devorante,

devorante, aut gladio alterius perimente succumbere videbant, et sic
feram, vel hominem crudelem laudibus extollebant alii è contra
naturali commiseratione moti, hominem virum evadere desiderantes, ca-
sum, et mortem illius dolebant. ita non absimili modo si per mundum
hic intelligamus homines malos, et impios, juxta illud Augustini Tract.
Super Psalm. 54. Mundi dixit amatorum mundi, mundi dilit impi-
orum, et impiorum &c. per Angelos verò intelligamus bonos, et ma-
xime custodes nostros, per homines denique accipiamus justos, et timoratos
in hoc seculo adhuc degentes, non absimili ergo modo seculo hac tria
spectantium genera, Religiosum tanquam positum, et pugnantem in spe
taculo diversis tamen affectibus, et intentionibus mirentur. Mun-
dani eodem, et impii casum Religiosi spectant, ut gaudeant de con-
sorte malorum, ut accusent, et se excusent, imo ut irrideant, et caden-
tem simul, ac Religionem, cui se devovit, traducant, è contra Angeli
boni luctantem spectant Religiosum, ejus victoriam desiderantes, et alju-
vantes, ac de illius casu modo nostro contristantes, homines denique ju-
sti eundem continuò respiciunt, ut ab illo exemplum, et sanctitatem
discant, illum luctantem imitentur, cadenti verò condoleant.

Ecce quot oculis Religiosus patet, et quàm circumspectum eum
esse conveniat, nè diabolo, et mundi hujus amatoribus casu suo, et
scandalo grandique occasionem præbeat, Angelis verò, et Deum
timentibus, quantum in se est, tristitiæ causa existat. Rogamus vos
itaque Fratres Dilectissimi in cum D. Paulo vos alloquens renova-
mini Spiritu mentis vestræ, rogamus inquam, et obtestamur, ut
honestè ambuletis ad eos, qui foris sunt, videant bona opera vestra
bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est, videant sæcula-
res sancta opera vestra, ut glorificent et Deum Patrem Omnipo-
tentem in sanctis suis, et Sanctum pariter Fundatorem, qui est
in cœlis. Cæterum

Eadem fidelitate ad tenorem concessa quoad Suffragia cum
Rndissimo Patre Generali communionis ejusdem Rndissimo Patris
et Superiorij Nostri congè Celeberrimi, litteras secundùm id,
quod continet, executioni fideli mandandas communico, ut sequitur.

Fr. Paschalis à Varisio Lector emeritus Catholicæ Ma-
jestatis in Regali Matritensi Congressu pro Immaculata
Conceptione Theologus, ac totius Ordinis S.P.N. Francisci Mi-
nister Generalis, Visitator, et Reformator Apostolicus, et Servus.

Dilectis nobis in Christo Patribus, ac Fratribus, Supe-
rioribus, et Subditis nostris Salutem, et Seraphicam benedictionem!

Grata Seraphici Ordinis nostri insignibus Benefactoribus,
et Patronis reddenda esse beneficia, in majoribus præsertim ex
necessitatibus, quales post mortem fidelium suorum recognovit
pia Mater Ecclesia Catholica, nemo est vestrum Patres, et
Fratres

et Fratres Dilectissimi! Cui compertum, exploratumque non sit. Quare, cum Rndissimus Pater Antonius Joseph Salinas Ultramontano Familiæ nostræ Commissarius Generalis non sine animi nostri dolore ad nos triste detulerit nuncium è vivis die 19na elapsi Mensis Augusti. Excellentissimum Dominum D. Augustinum Dominicum de Dracamonte, qui utpote Marchio de Cinnete, vi etiam Statuti Capituli Generalis Anno 1750. in hoc Aracoeli „ tano Conventu habiti, Patronus erat Ordinis pro Capitalis Ge„ nerali hujus Cismontanæ, et pro Congregationibus Gallicæ Trans„ montanæ familiæ: hinc nos beneficia ab eo in Ordinem collata compensare cupientes, seriò proclivimus, et mandamus, ut pro ipsius anima in unoquoque Conventu Nocturnum unum, cum Laudibus Defunctorum, ac Missa de Regoie cum Responsorio: Libera me Domine. inchoe, primo die, pro Missa in die gratis obitûs non impedita, cantetur: Ut Sacerdotes insuper in Missis privatis eadem die ejus Patroni nostri animam in Memento Defunctorum piè Deo commendent. Clerici verò totam Defunctorum officium, et Laici Centum Pater, et Ave, et Requiem, ut in obita cujuslibet ex Fratribus Ordinis devotè recitent: idemque facient Monialis Cœnobii nostri subjecta, quibus omnibus fiat, ut Sigvis ei pro humana fragilitate contractum, lucendum superest Dei clementia dimittatur: eademque omni vinculo absoluta, Refrigerii Sedem, et quietis beatitudinem consequatur. Quo omnia, ut Sortiantur effectum Suum, vehementer optantes, ipsis tandem Ministris Provincialibus injungimus, ut hisce nostris de more publicatis, et earum executione patenter Nos certiores efficiant.

Vos interim omnes, et singulos in Visceribus Jesu Christi benigniè complectentes, precum vestrarum juvamen, et adjutiam exoramus, dum Seraphicam Benedictionem vobis repetimus, et peramanter impertimur. Datum Romæ ex Aracoeli 17ma Idus Octobris Anno 1786.

Fr. Raphaël à Varisio
Min Gly
De Mandato Rndissimi in
Christo Patris Fr. Francisci Ma
Albanensis Protectoris Gnlis Ordis.

Hæc itaque, atque præmissa Communitati publicatis, Protocollo Conventûs, vel Repertis illatis, et juxta indorsationem à foris positam promptis, Valete Dilectissimi Patres, et Fratres, et pro

præsenti

praesenti, ac imminenti avertenda flagello Dei, jugiter Patrem exorate Coelestem, meque in servidis vestris commendatum habete precibus. Datum, et Signatum in Conventu nostro Cibiniensi ad S.P.N. Franciscum Die 2da Mensis Januarii 1787.

Idem, qui Supra Fr. Nazarius Szama Mpr. Provincialis

Reverendi Patres Locorum Superiores. mihi dilecti!

Quandoquidem Synodus Fidecatina Sess. 24. Cap. 18. de Reform. Statuit, ut cum ejusdem Parochialis Ecclesia vacaverit, intra tempus ab Episcopo praefiniendum, debeat aliquot Clerici ad regendam Ecclesiam coram deputandis Examinatoribus accurrentes, gratiosum postea de cujuslibet Vitae moribus, et Sufficientia diligens petita fieri possit inquisitio. Hanc inquisitionem Sacratissima Ejus Majestas animadvertendo ad difficultates itinerum, et caeteros expensarum, quibus pro tenuum reditibus, primis videlicet pro dicto Mense Maji, et ultimis Augusti Liberi, et ita communem voluit esse omnibus, ut nemo sive Saecularis, sive Regularis Presbiter excludi possit. Hinc licet Electionis Jus Populi, potissimum Collatoribus hanc altissimam ordinationem Regiam, ac simul ad eligendam hujus Textus pro aliis vacante Ecclesia Parochiali Mezö Jakabfalvensi in adjecto Decreto suo inditum concursum per Literas Dios Diaconos, ita, ut omnibus innotescat, etiam ad Domicilia Religiosorum circulari fecerit, et ordinaverit, quia tamen contingere potuit, ut praefata benigna ordinatio Regia per Circulares Episcopales, aut omnino non, aut tarde saltem ad horum pervenerit notitiam, eam, ac illa Decretum Hoc Regale Concursum pro antefata Ecclesia Parochiali Majakfalvensi edicens in authentica copia praevia ad notitiam Singulorum perferendam deli, ordinando: ut Reli Patres Locorum Superiores eorundem sui respective Subalterni Patribus intus, et foris existentibus notam faciant, ac si Nonnulli Provinciae Alumni ex Zelo bono, pro Gloria DEI. et Provinciae decore concurrere libuerit, eos non modo non impediant, verum Paterno favore prosecutos promovere studeant. Quemadmodum autem ad Concurrendum eligitimare potuerit in Circularibus Hoc Regalibus facta expressio: Quod si, qui in examine primam Classem Collecuti fuerint intra tres annos amplius concurrere non obligabuntur, verum ad quodcunq Beneficium interea vacans proponi, ac investiri possint, ita admonitos omnes, et Singulos volo, quatenus concurrere paratus gratiae Spiritum suum probant, Utrum nempe is, honorem DEI. Zelum animarum, ac Deum Provinciae spirent, aut potius praesumptionem, atq a jugo Religiosae libertatis

libertatem sapiat, ne dum vanum honorem falso sibi promittunt, ludibrium et sui confusionem inveniant, Matrem vero suam Provinciam subore suf-
fundant.

Praeterea justa gravamina ad me spectantia complures ex con-
fratribus nostris visitationis titulo in aliquos districtus Silicensem, et Gyu-
gyoiensem conscivere, et cum omne bonorum, ac manifesto praejudicio
ejatum Vest. conventuum selam, et frumentum corrogare, serio admonito,
volo Reli. Patres, Superiores locales, gratum tam sibi, tam sibi subjec-
tos, ab inutilibus, et peregrinis tam praejudiciosis divagationibus domi con
tinuare, et si fraternam charitatem sibi precipue noverentibus tempori
bus attendere velint, ellam ad minus a Natura cunctis indictam legem:
Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris attentius perpendant, secus si
gravamen in simili praevaricatione deprehensum grave condignitate pro
vocationis sub gravi Confessionem congesta Clemestra etiam
per alibiram Instantiam provocandi dare contigerit, sibi ipsi attribuen-
dam habebit. In reliquo his Procolla Gritij, aut Residentiae injecti,
ac juxta Indorsationem a foris positam indilato promotis omnibus et sin-
gulis Paternam et Seraphicam Benedictionem impertiens, pijs ad
Aram Supplicijs et precibus commendatus maneo Sabinij
Datta Mensis Martij 1787.

Fratrum Paternitatum Vrarum

Humilis Servus.
Fr. Nazarius Slama.
Minister Provin.

Fr. Nazarius Slama Ord Minor Strict.
Observ. Provinciae Transilvanicae S. Regis Stephani Mi-
nister Provincialis et Humilis in Domino Servus.

Dilectissimis in Christo Adm Rdo Rndis Mdis
Vndis Patribus, et Charissimis Fratribus Salutem et pacem
in eo, qui est Vera Salus et Pax.

Officij mei ratio postulat, ut quas Superiori mense ab Excellentissimo
Illmo, ac Rdissimo Dno Praesule nostro Colendissimo emanatas, ac per
authenticum Exemplar ad me delatas accepi Encyclicas, illas pro
data earum observatione Vobis annuntiem; Quapropter vero ha
ad vestram

Ad restaurandam Regularem disciplinam, in Alma Provincia nostra, frontispice experientia dolens fateri debeo, pene collapsam paterno adfectu, et zelo concinnatas, non nisi exactam Regulæ nostræ, et Statutorum, Legum item et Apostolicarum Constitutionum observantiam invenit, et adurgent, eas non obiter, et properanter deblaterandas, sed attente pure, tim, clare, et intelligibili voce pronulgandas, protocollandas, et de loco, ad locum juxta indorsationem a loco positam indilate promovendas præcipio, vocerenta labatote.

Ignatius DEI. et Apostolicæ Sedis Gratia Magni Principatus Trans-Silvaniæ Episcopus e Comitibus de Batthyan, Perpetuus in Keöpeth Ujvár Inclyti Comitatus Castri-Szerei Perpetuus Comes Sacratissimæ, Cæsareæ, & Regio Apostolicæ Majestatis Status, Intimus Status Consiliarius &c. &c.

Adm Reverendo Patri Nazario Slama ordinis S. Francisci Strictioris Observantiæ Ministro Provinciali, Cæterisq; ejusdem ordinis Religiosis Patribus, & Fratribus Salutem in Domino Sempiternam!

Dum Mente recolimus, qualiter plantatio S. Patris Francisci Seraphici Sub primordij sui pullulaverit, et palmites longe latèq; diffusos produxerit, per quos cooperante Domino termini eorum dilatarentur in Terris, quorum Conversatio debet esse in Cœlis, dolenter dicimus, quod etsi non ab omnibus, neq; in omnibus, a plerisq; tamen, et in pluribus ab illa Sancta Institutione perhibetur remissum in tantum, ut vix Superest aliquid, quod in sua integritate observatur. Deterbuit in his pictas Avitica, Religiosam paupertatem erubescunt; obedire detrectant; amant circumire Domos Secularium: Clausuram Sacris Canonibus Sancitam non custodiant; Unionis formitatem odio habent. Hos Refractarios, et degeneres S. Patris Filios, ut justis Legibus constringamus, tam Muneris nostri ratio postulat, quam vero Benigno Decreto Regio, ac Dispositionibus etiam Realis Regii Gubernij Sub Dto. 10944. et C. 547. Commonemur. Nirum non est, si ira Dei abundante malitia hominum ita in nos desæviat, prout quotidiana sua gemitus docet experientia, Sicut enim Secundum Doctrinam Concilij Tridentini Sess. 22. C. I. de Reformat. nihil est, quod alios magis ad Pietatem, et Dei Cultum adfidue instituat, quam eorum Vita, et Exemplum, qui se Divinis Ministeriis dedicaverunt, ita nihil est, quo magis retrahantur a cultu Dei, quam malo Exemplo eorum,

qui.

Qui in Sortem Domini vocati Munere hoc defunti. Hinc pia Filij Heli 1. Reg 2. reficerunt Dominum, neq officium Sacerdotum ad populum pra, vis horum exemplis effectum legimus, ut populus quotidie pejor redditu, etiam a Sacrificio DCo prefando retraheretur. Scriptum est Numo 18. Vitam, vestram componere satagite, ut luceant in vobis pietas, favor disciplina Regularis, habitu, gestus, incessu, sermone, aliisq omnibus rebus nihil nisi Religione plenum referatis, at actionis vestrae cautis adferant Veneracionem.

Officium Divinum merito primo loco, ac precipue nobis commendandum est, quod tam Regularibus propriam, quam nobis omnibus communem dicere possimus, illud est omnium Regum maximum est, ut Deum oremus, Deum adoremus, et Deum amemus, Deo Psalat Apostolus sine intermissione orare, sane tamen istud quid vox, aut intelligeret, Divini Officij Deo devote reddatis, Non existimemus vobis hujus rei, sitatem commendare, aut utilitatem proponere, cum ipsa quod Usus Patrij ad hoc adstringit Regula. Quod si antiquitatem vel obitar adire vo, luerimus, videbimus ex S. Epiphanio in Ancorato Fidei Cathol Cap. 23. Matutinas Laudes in Ecclesia Catholica Matutinas q precis affectu celebratas esse, Religiosos vero Monachos in decantandis Psalmis, ac perpetuis orationibus, Sacrarum Litterarum Lectionibus, et ipsarum memoriter pronunciandis occupatos fuisse. S. Chrisostomus non contentus ut illi, qui Divinis mancipati sunt, Nocturnis officijs adesse, Omnes fideles ipsos Secularibus implicatos occupationibus, urgebat, ut si diem festum negotia interciperent, Deo saltem Nocti, Divinis q laudibus vendicarent. Et quo sufficiente intelligitis, Temporibus S. Crisosto, mi cum fuisse legem quotam omnibus sacris initiatis, ac divinis ac Nocturnis officijs in Ecclesia adesse. Urbis Ecclesiae imminebat malum ali, quod Organum Hymnos Davidicos decantabat Ecclesia: si vindictam Dei placare voluit, Psalmodiam ordinavit, sic apud Theodoretum legimus Cum Ariani Fidei integritatem Ecclesiae Antiochenae, quae prima Christiani Nominis Parens fuit, labefactare molirentur, Psalmos alterni Chori ab ipsa plebe decantatos fuisse. Hoc genus consolationis coepit etiam Celebrare Ecclesia Mediolanensis, cum Justina Valentiniani Regis Mater Sanctissimum Episcopum Ambrosium persequeretur. Ecce vos Homines torpentes non exigitatis? ecce nunc, dum unam vos tutissimam perfugium in precibus habetis, quo Misericordiam DEI. flectere, atq etiam pro nobis implorare potestis, Non accipitis? Ecce officium vestrum praecipuum negligitis? S. Pater Simplicius sufficienter ostendit tam in exemplis vitae, quam verbis Regulae

Jud. Gualitex.

qualiter velit Fratres et Filios suos Divinis vacare officiis, sed di[ffe]rs
diversis, ab eo degenerasse; Libertatem Saeculi lubens sectati estis: ut
nam cum Saeculo non damnemini.

Officium Divinum Cantus in Choro Vobis etiam ex Constitutionibus
Vestris Municipalibus hactenus inculcasse non ignoramus, sum vero
immoderatus Celus canendi sub titulo pietatis aliquos subinde eo abri
puerit, ut ex nimio clamore morbos corporis sibi adscivarint, propterq
ad Curam animarum inutiles effecti. Sunt Sacratissima Sua Majestas
tum ex hoc capite, tum vero quod Fundatorum mens haud fuisse
credatur, ut tantum illum clamorem cum enervatione, et sui ipsius
destructione exegerint, clamosum Chorum moderari praecepit: Ratio
nem vero moderationis arbitrio nostro committere dignata est. Pos ita q
mitto cum Ministris Provincialibus Trium Ordinum S. Francisci consi
lio, in ordine ad Chori disciplinam diligenter observandam, sequentia
statuenda invenimus. et Primo: In Conventibus Civitatensibus
ensi, Mikháziensi, Cibiniensi, Csiktelbaliensi, Hunyadiensi, Claudio
politano, Mediensi, Szárhegyiensi, Udvarhelyiensi, Deésiensi,
Corcoriensi, Fagarasiensi et Kamos-Ujváriensi Chorus perduret,
ea tamen ratione, ut Divinum officium non cantent, sed psallant.
Secundo: Pro Matutino et Laudibus per hiemem hora quinta
Matutina, per Aestatem hora quarta conveniant omnes, qui morbo
aliquo impediti haud fuerint. Etiam si quatuor duntaxat convenerint
ecs in Choro officium Divinum psallere debere ordinamus: nec de
dico se subtrahant vano praetextu occupationum, tantum enim abest,
ut curis quibuscunque etiam sanctissimis, gravissimisq cedere debeat
oratio, ut alias omnes ipsi Apostoli a se abiecerint sollicitudines, et
occupationes ut ani incumberent, seq totos dederent orationi. In ipso
carcere Acto S. Luca nocte media psallebat Paulus. Tertio:
Quam nostram in quibusvis Residentiis duntaxat adoptari praeci
pimus; quod si ne quidem quatuor congregari poterint, psal
lat sibi unus quisque, legat, orat, vel duo simul aut tres in Choro
per Aestatem, in Refectorio per hiemem ubi enim fuerint inqui
Dominus duo, aut tres congregati in nomine meo, ibi sum in me
dio eorum.

Recitationem Horarum Canonicarum de die prout to
tius Officii nocte Nativitati Domini, et ultimis diebus Majoris Heb
domadae suo loco relegimus, et omnia hucdum praescripta et obser
vari solita, observari posse annuimus, sola voces aliquantisper depressa.

Vale.

Quia vero oratio non prodest quibuscumque, nisi etiam accedat mentis affectus vitae, morumq; conformatio omnes et singulos hortamur, ut viriliter prorrumpentis minitantes suos in Deum jaciant cogitatus, qui vo-
luerit caeli patris, quae non congregant in horrea, nec seminant nec
metunt. Quod si Regulae vias observaverit, et coram Deo in
simplicitate cordis ambulaverit, nolite timere, quia multis passeribus me-
liores estis vos. Admoneat vos omnibus, quae possidet, ut vitae proprie-
tatis non laboratis habitatores in eis in locis operibus et quibus Christi pau-
peribus omnis ratio diffidentiae videtur esse subtracta. Studeat
laborare: sed quibus gratiam dedit Dominus laborandi, laboret fideli-
ter, et devote ita quod exclusis otio animae inimico sanctae orationis
et devotionis spiritum non extinguant. Studeat omnibus mendi-
care: pecuniam tamen nec per se nec per alios recipiant, verum
etiam affectum ad eam deponant et se ab omni macula propriet-
tis custodiant, memores promissionis, quae a sanctimonialibus Canonicis
in Proprietarios sanctae sunt. Si quis aliquid proprii habet, in
continenti totum superiori suo resignet. Beatus Gregorius nar-
rat in Dialogo se legisse, at proprietarius in morte deprehensus in
signum perditionis extra Monasterium in stercilinio subterratus.

Obedientiam quodammodo propriam voluit esse filiis suis Pau-
lator seraphicus, sic enim inchoat Regulam suam: Regula et
vita fratrum Minorum haec est: scilicet Domini nostri Jesu Christi
sanctum Evangelium observare vivendo in obedientia. Unde nos om-
nem obedientiam, ac reverentiam superioribus debitam ab omnibus pro-
stari deposcimus, imo eam praestandam praecipimus; qui vero huic
saluberrimo praecepto obedire noluerint, et obedientiam debitam su-
periori suo denegaverint, si peccatum idololatriae incurrit. Testo enim
Samuele 1. Reg. 15. et S. Gregorio Lib. 35. Moral. Cap. 8. adstru-
ente, peccatum ariolandi est non obedire, et quasi scelus idolo-
latriae non adquiescere. Dum autem superioribus obedientiam pro-
standam deposcimus, nolumus inferiores injuriis subjacere. Dare pe-
culiares commessationes, meliores potus, aut distinctos cibos pro
voluntate seipsis volumus et interdicimus, utantur ipsem in omnibus,
ut fratres non contristent. deferant omnes eundem vestitum, nec
in qualitate parvi excedatur Regularis modestia, nec quaeratur
quod subtilius, sed quod utilius valeat inveniri. Pileos vero seu capite,
quia multis Constitutionibus municipalibus penitus abrogamus. Magna
solicitudine conversemini, ne circumveniat vos satanas, cujus cogita-
tiones ignorare non potestis. Clausuram deinceps exactius observare vo-
luimus: quod in quocunque casu, si mulier cujuscunque etiam conditionis, dig.

Dignitatis Gradus ac generis splendore illustris ad Clausum contra
quam Apostolici Summorum Pontificum Pii V. Gregorii XIII. con-
stitutionibus sanctum est adhuc quaerit, pro earum sanctionum vero
et nostra potestate, tum ordinaria, quam delegata ad irrogationem
paenarum censurarum declarationem procedere simus.

Et haec sunt, quae pro religionis honestate, ac vestra salute
ordinanda existimavimus. Gratia Domini nostri JESU Christi, et Cha-
ritas Dei et communicatio Sancti Spiritus sit cum omnibus vobis. Datum
Albae Carolinae die 18ta Februarii anno Dni Millesimo Septingentesimo
Octuagesimo Septimo.

Ignatius Episcopus Transilvan mp.

L S.

Ad gratiosam suae Excellentiae Epcpalis Mandatum
Stephanus Pangh. a Latere Canonicus mp.

Concordat de verbo ad verbum cum Originali.

Fr. Ambrosius Baumgartner mp.
Secretarius Epcalis.

Jam his auditis, atque ad claritatem observantiam perceptis, nunc paucis
vos allogor: Redeamus ad Lex Dilectissimi! ad montem revocemus pris-
ca illa saecula, quibus Religio nostra Christi bonum odorem gratiae
passim effundens, Evangelicae perfectioni studebat Deo, ac omnium in
se admirationem, amorem, obsequium conciliaret. Consideremus pactum,
conditionem attendamus, militiam nostram, pactum quod spopondimus,
conditionem, qua accessimus, militiam, cui nomen dedimus. Luceat lux
vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent
Patrem vestrum, qui in Caelis est. Imo magis satagite, ut per bona
opera, et per Regulae sanctae, quam professi estis, strenuam obser-
vationem, certam vestram vocationem, et electionem faciatis. Jam
omnem curam submittentes ministrate in fide vestra virtutem, in vir-
tute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia
autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem
amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem.
Haec enim si vobiscum adsint, et superent, non vacuos, nec sine fruc-
tu vos constituent in Domini nostri JESU Christi cognitione; Ille
autem gratis rationem pro animabus vestris reddituris pariter
cum gaudio faciet cum

Cum gaudio, et nos generatim, donec cursum meum, Meamq; Servitutem peragam impendere vobis. Quod omnes ad unum essi corpore absens, Sed spiritu praesens Salute in osculo Sancto, Salutaq; autem, atq; peramanter completi Seraphicam impertior Benedictionem. Datum et Signatum in Conventu Nostro Cobinensi ad S.P.N. Franciscum Die Vigesima quarta Mensis Martij Anno Vera, natae Salutis Millesimo Septingentesimo Octuagesimo Septimo

Idem qui Supra.

P. S.

Communicatum per Excellenum Dnum Ordinarium Regii Subermi Regii Intimatam, Elucubrationem Libri Historiae Ecclesiasticae praelectionibus Scholasticis deinceps deserviturae propitio proemio commendandi, eam in finem, ut cuipiam Animum Veri, rat, eo operam suam locandi, Omnibus, et singulis Comunico Segvatis tenoris.

&c.

Siquidem Liber a Catholico exaratus, ex quo praelectiones Historicae fieri possent, sibi intento opportunus non esset, visum est Majestati Suae Sacratissimae Vigore altissimi Decreti Sui dato 24. Januarij Ao. Clementissime resolvere, ut quopiam erudito suo Ecclesiastico, aut Saecularj Liber praelectionum Historiae Ecclesiasticae Sive ad exemplar Libri Scholastici a Mathia Schrök Conscripti, Sive combinatione optimorum Scriptorum elaborandus, qui subin examinatus, et idoneus repertus fuerit, in Gratiis Ditionum Hereditariarum Universitatibus, et Lyceis praelegendus determinetur. Ad excitandos pronde Animos, ut tam momentoso et difficili ope ri manus admoveatur, constituit Summemata Majestas Sua praemi um Centum aureorum illi, cujus opus optimum, et probatissimum visum, judicatum, et acceptatum fuerit. Quod ipsum Excellentiae Vrae quo publicationi apud Universum Clerum faciendi Significatur, eo additio quod in concinnatione hujus operis id quod in Instructione Theologicatum Scholarum Cae Regiarum Hereditariarum Ditionum §. 38. de praelectionibus Historiae Ecclesiasticae dicitur, ut et formulare primae Epochae. Sectione Sexta adumbratum observandum veniat Caeterum potuit opus istiusmodi Sive Latino, Sive Germanico Idiomate conscribi.

Reverendi PP. Locorum Superiores mihi Colendissimi.

Disposuerat quidem Electum Gubernium Regimen uno ab hinc Anno p. prout addo 16 Maji Anni 1786. adnexo Schemate circulari feceram: ut dicti Scripti Individualis Domorum Religiosarum singulo Trimestri exhiberentur. Verum cum ipsum Schema secundum eo tum communicatum Schema conficienda cum Scripto plus negotij eidem fauscere videretur, interveniente tamen cujusvis Individui Religiosi de Loco in Locum mutatione, aut etiam ubi nulla facta fit mutatio pro sui directione fieri desideret, aliud brevius, et compendiosius addo 23 Maji ac. sub Nris 3681. et C. 353. Schema, seu formulare juxta quod quivis Superior Localis ad diligentiam requisitis faltem in suo respective Conventu aut Residentia Mutationem Statûs Personalis singulo Trimestri rediguntur exhibendam haberet, ordinavit.

In complementum igitur hujus Ordinationis communicatum mihi Schema, seu Formulare Reverendis Paternitatibus Vris cum in finem in adnexo communico, ut Trimestralem suis respective in Locis contingentem suorum mutationem quemadmodum adnexi Schematis rubrica, seu Titulo indigitant, observando et praefatam in eo Exemplificationem accurate confician, et confectam, ita tempestive huc sibi mihi ad me Dirigere satagant, quatenus eam quolibet Trimestre circa 24tam, aut 25tam tertij Mensis ad manus habere, et tum finem cujusvis Trimestris indefectibiliter prelaudato Electo Gubernio Regio exhibere valeam. Quamvis autem Ordinatio Expost ab Currente Trimestri, nempe a 1a Maji initium sumat, ac consequenter Trimestria Militaria, d. gst a prima Augusti usque ultimo. 8bris a prima Novembris usque ult. Januarij, a prima Februarij usque ult. Aprilis. &. observanda veniant attendere tamen habebunt Rnda Patres Vrae, ut a die quo Trimestrales has informationes subnisere hac facta mutationes sequenti Trimestri inserant, ac per consequens non nulli Superiores Locales factas jam Mense Aprili mutationes protime submittendo informationi inserendas habeant. Quia vero contingere potest, ut in non nullis Locis nulla uno, aut altero Trimestri intervenerit mutatio, Illi nihilominus Superiores Locales informationem suam cum indigitatione: nullam de familia sua decessisse aut huic accessisse, vel mortuum esse cum et hujus Electum Gubernium Regium nostram habere percupiat, ad prementionatum terminum, atque tam hi, quam illi in duplici Exemplari submittent. Sperans itaque fore, ut RR PP. Vrae hinc Electi Regij Gubernij Ordinationi per me communicatae p. quam una cum adnexo formulari pro hac, et sequentium suorum directione protocollari cupio: hinc tergiversatione statutis temporibus deferre studeant, pia ad Aram suspirius, ac suorum precibus commendatus permanno.

Reverendae PP. Vrum

Humilis servus
Fr. Nazarius Mama
Min. Provin. mpp.

Submissa Demonstratio
Trimestralium Statûs Personalis Mutationum, quae per Trimestre a 1a nempe Mensis N. usque ad ult. Mensis N. Anni N. in Conventu, vel Residentia N. acciderunt videlicet:

Exempli gratia

Excessit

Pater N.N. 18. Maji 787 ad Conventum N. vel Residentiam N. ut Guardianus, vel ut Præsidens, vel ut Confessionator de familia.

Pater N.N. 10 Junij 787 pro Administratore vel pro Coadjutore Parochi ad N.

Pater N.N. 26. Junij 1787. pro Capellano stabilito ad N. vel ad Conventum N.

Frater N.N. 26. July 787 ad Conventum N. vel Residentiam N.

Accessit.

Pater N.N. 1ª Maji 787 ad Conventu vel Residentia N. ut Guardianus vel ut Præsidens vel ut Confess. vel de familia

Pater N.N. 19 Junij 787 ad Administrationem vel ad Capellania redijt ad Conventum vel Residentiam.

Frater N.N. 29 July 787 ad Conventu vel Residentia, vel ad Generalis Seminarij redijt ad hanc Conventu vel Residentiam

Mortuus est.

Pater N.N. Guardianus, Vicarius, Præsidens, vel Confessionator &c. die 26. Maji 787.

Pater N.N. Administrator in N. vel Capellanus in N. die 30 Junij 787.

Sigillum non apponitur. Fr. N.N. p.t. Guard. vel p.t. Præsidens

Reverendi Patres Loci Superiores Colendissimi.

Lætandum quidem Reverendi Patres Loci Superiores non solum quod Legendam sibi commissam familiam Deum ejusque conservationem totius in partem soluti dimissi sed assumpti dignoscuntur. Hinc est, quod hanc Reverendis Patribus Vris tanto magis compendiatam capiam, quanto plus nobis in moderna rerum facie, aut totius Religionis, aut certe nonnullorum Locorum Rationum Reductio timenda est. Enim verò cum ad prescriptam altissimarum ordinationum per Ecclesiam Gubernium Regium, sive nostri in hoc Magno Principato nostrisitas, sive superstitiosissime inquirituri, quod nihil ab ullorum interest, post Deum sustineamur, si quam aut totius Religionem, aut in partibus ad minus Reductionem merito timendam habeamus. Quapropter ad firmandam cum Religione in Divinam Voluntatem, quantum in nobis est, Stabilitatem, et conservandam nostri in hoc Principatu necessitatem adhortor Paternas affectus, oro

Reverendas Paternitates Vras quatenus sepositis quibuscis alienis prejudicijs, ad seu jam percepiam seu proxime percipiendam Excellentissimi Domini Pre Julij Nostri Colendissimi ordinationem, tolem tamq exactam, et circumstantiosa tam informationem communicare, Eidemq Excellentiae ordinarie Sarolinam submittere studeant, et qua necessitas non solum nostri, sed et omnium locorum nostrorum evidentius elucet, nihil dubitantes, Excellentissimum Dominum Ordinarium ordinatione sua in id intendere, ut cognitis circumstantionate inevitabilibus Servitijs nostris Spiritualibus Provinciam, Locaque nostra contra quoscumq insultus sacta tecta conservare possit. Qua vero commissionem prestitis a nobis Servitijs Spiritualibus accuratam peragat inquisitionem, compertum est, dicere suam Reverendo Patri Vre provie Excellentissimo Domino Prasuli submittendam informationem in paribus sibi observare non negligant, ut advenientibus Commissarijs uniformiter respondere valeant. Interim quo negotij sive in una, sive alia informatione servitia nostra hucusque prastita, praecipue quoad Capellanos Stipendiatos ac Cadjuvantes Parochorum, aliaque in Literis Episcopalibus etiam non specificata, ulterius eo plus se, intentioni Excellentissimi Domini Ordinarij, satisfacturos et bono Provincia consulturos persuasum habeant. His itaq juste indorsationem indilate promotis, pijs ad Aram sacrificij suorumque Religiosis precibus commendabes maneo. Varadini die 12a Julij 757

Rdar Pattum Vras

Humilis Servus
Fr. Nazarius Slama m. p. Prolis

Reverendi Patres Locorum Superiores mihi colendi

